www.e-rara.ch

Chronologiae reformatae et ad certas conclusiones redactae tomus primus [- quartus]

Riccioli, Giovanni Battista

Bononiae [Bologna], 1669

ETH-Bibliothek Zürich

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-2140

Tertia pars continens catalogos rerum aliquot insignium ad certas classes reductarum.

www.e-rara.ch
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

TERTIA PARS CONTINENS CATALOGOS RERVM ALIQVOT INSIGNIVM AD CERTAS CLASSES REDVCTARVM.

CATALOGVS I.

PERSECVTIONVM ECCLESIAE.

ORDO Noſter.	ORDO Aliorum.		Anni Chriſti.
1		PRima, & Magna perſecutio Ieroſolymis contra S. Stephanum alioſque de Eccleſia, Saulo cooperante, de qua in Actis Apoſtolorum cap. 8. & 9. eadem reſumpta ab *Herode Agrippa* contra SS. Iacobum, Petrum, & alios de quibus Actor. cap. 12.	34
2	I	NERO anno 10. Imperij ſui, ideſt Chriſti 64. occaſione incendij Vrbis, quod à die 19. Iulij durauit per 6. dies illud per calumniam affingens Chriſtianis, edicto perſecutionem in eos promulgauit, quæ durauit vſque ad vltimum eius annum, nempe ad	68
3	II	DOMITIANVS anno 9. Imperij ſui, Chriſti autem 90. abſque edicto perſequi cœpit Chriſtianos, præcipuè S. Ioannem Euangeliſtam Antipam, & Clementem, & anno 92. Acilium Glabrionem. Sed anno 95. publico, & atroci edicto in eos ſæuijt; quæ perſecutio durauit, vſq; ad necem Domitiani, qui anno 96. occiſus fuit die 18. Septembris.	90 95 96
4	III	TRAIANVS anno 1. Imperij, ideſt Chriſti 97. nullo quidem expreſſo contra Chriſtianos edicto vſus eſt, ſed generali tantum, quo Collegia, & Sodalitia hominum vetuit: vnde Præfecti, & Proconſules Prouinciarum anſam arripuere ſæuiendi in Chriſtianos ſolitos in Oratorijs congregari, eoſq; ad cultum Deorum inſtigandi: Itaq; ipſemet Plinius II. anno 5. Traiani, Chriſti 102. poſt plurimos Martyrio affectos, videns longè plures ſe ad Martyrium offerre, litteris ad Traianum datis obtinuit reſcriptum, ne amplius inquireretur in Chriſtianos, ſed ſi quis eos in forma probante accuſaſſet, & perſeuerarent in Deorum contemptu, punirentur; pœnitentes autem Chriſtianiſmi, abſoluerentur ſperans oblatione veniæ multos poſſe allici ad cultum Deorum; ſed ſecùs res accidit. Tandem cum Tiberianus Palæſtinæ Præſes ſcripſiſſet, ſe non eſſe ſufficientem occidendis tot Chriſtianis, vltro ſupplicia appetentibus, Traianus edicto perſecutionem cohibuit, teſte Suida penultimo Imperij anno videlicet Chriſti 116.	97 116
5	IV	HADRIANVS; licet non expreſſo edicto, ſæuiſſimè tamen perſecutus eſt Chriſtianos per ſe, ſuoſque Proconſules, & Præfectos prætextu legum nouam, & peregrinam religionem vetantium, ipſoq; initio Imperij ſui, nempe anno Chriſti 118. S. Euſtachium cum Socijs martyrio addixit, anno 119. Euariſtum Papam, & anno 120. SS. Fauſtinum, ac Iouitam alioſq; annis ſequentibus donec anno 126. Oratione, & Apologia Quadrati Epiſc. Athenienſis, & Ariſtidis Philoſophi pro Chriſtianis, edicto perſecutionem ſedauit, quæ tamen teſte Caſſiodoro non niſi triennio poſt omnino ceſſauit; immò reuerſo in Vrbem Hadriano anno 136. Martyres facti ſunt SS. Getulius, Cerealis, Symphoroſaque cum 7. filijs.	118 126 136
6		ANTONINVS Pius anno 138. iniuit Imper. & nullo edicto, nulloq; ſuo decreto Chriſtianos perſecutus eſt; ſed nihilominus eius Præfecti,	

ORDO Noſter.	ORDO Aliorum.		Anni Chriſti.
		inuidentes Chriſtianis incrementum, quod maximum fuit ſub hoc Imperatore, non paucos martyrio affecerunt, præſertim poſt edictum Antonini ſub pœna mortis prohibentis lectionem Sybillinorum carminum, ac Prophetarum, quia ex huiuſmodi libris multi relicto cultu Deorum, Chriſtum ſolum colebant. Certè ſub ipſo Martyrium paſſi ſunt anno Chr. 140. Sixtus	140
		Papa; & 152. Theleſphorus Papa,	152
		atq; Alexander in via Claudia, Pontianuſque Spoleti. Quamuis autem anno 153. permotus cladibus, quibus Romanum Imperium afflictabatur Fame, videlicet, Terræmotibus, Inundationibus, Incendijs, ad placandum inter alios Deos Deum Chriſtianorum, edicto vetuerit eorum ſupplicia; anno tamen 156. Hyginus Papa Martyrio coronatus eſt. Proinde poteſt dici hæc Perſecutio non quidem *Antonini*, ſed tamen *ſub Antonino*, nec fruſtra Iuſtinus Martyr, ac Melito Sacerdotes ipſi obtulere apologias pro Chriſtianis.	
7	V	M. AVRELIVS *Verus* ſucceſſit in Imperio 7. Martij Anno Chriſti 161. nec vllum publicum edictum	161
		aduersùs Chriſtianos ſi Tertulliano credimus; indirectè tamen perſecutionem approbauit, tum reſcriptis ad Proconſules illum conſulentes, tum edicto, quo iuſſit vt omnes publicè dijs ſacrificarent: vnde in Gallia preſertim, & in Aſia multi Martyrio affecti ſunt; qua de cauſa, & ad compeſcendas Creſcentij Cynici calumnias aduerſus Chriſtianos, S. Iuſtinus alteram Apologiam pro ipſis obtulit tum Imperatori, tum Senatui anno 162. & tamen ipſo anno ſequenti 163.	163
		Martyrio coronatus eſt; & anno 165. Pius Papa. Anno vero 167.	165
		cum occaſione belli Marcomannici Gentiles Sacrificuli dictitarent placandos Deos irritatos à Chriſtianis; recruduit perſecutio, & inter plurimos martyrio addicti ſunt SS. Geruaſius, Protaſius, Polycarpus, annoq; ſequenti multo plures, quod peſtis ſecuta crederetur Chriſtianorum cauſa; durauitq; perſecutio hæc, vſque ad annum 173.	167
		quo Anicetus Papa Martyrio coronatus eſt.	173
		Tandem cum anno 174. Victoria contra Quados, & Marcomannos obtenta fuiſſet precibus Legionis Chriſtianæ Fulminatricis M. Aurelius edicto publico vetuit quenquam ſolo Chriſtianitatis titulo puniri, imò ob id accuſantes comburi iuſſit, & tamen eo adhuc ſuperſtite Soter Papa Martyrium paſſus inuenitur anno 177.	174
		cum M. Aurelius non deceſſerit niſi anno 180. die 17. Martij.	177
		Deinceps ſub Imperatoribus L. AELIO COMMOD. & AELIO PERTINACI, & DIDIO *Iuliano*, ideſt ab anno 180. Chriſti ad 193. pacem habuit Eccleſia, quia Martianæ intuitu Commodus fauit Chriſtianis, nec voluit reſcindi edictum M. Aurelij pro ipſis promulgatum, ſicut nec Pertinax, nec Didius breuiſſimo illo tempore quo imperarunt: Eleutherus tamen Papa Martyr inuenitur anno 192.	
8	VI	SEPTIMIVS *Seuerus* imperare cœpit anno Chriſti 193. die 11. Maij	193
		ſub quo res Chriſtiana floruit, vſq; ad annum 199. hoc enim anno crimina Iudæorum, ac Gnoſticorum Chiſtianis reliquis imputari cœpta ſunt, adeo vt perſecutio in eos reuixerit, præſertim nolentes iurare per genium Imperatoris, aut de Regno Chriſti futuro ita prædicantes, vt viderentur moliri aliquid contra Imperatorem. Primus tamen, qui in Africa contra Chriſtianos gladium ſtrinxit, fuit Saturninus Proconſul anno 200. ob	199
		id luminibus captus. Anno verò	200
		202. Seuerus ex Parthico Bello feliciter conf cto in Syriam reuerſus, edicto publico vetuit quenquam Iudæum, aut Chriſtianum fieri, vel in ſua lege perſeuerare, quo tanta perſecutio contra eos incaluit, vt exiſtimatum ſit prope eſſe Antichriſti tempus: Hanc perſecutionē *Quintam* Oroſius, *Sextam* Sulpicius Seuerus appellant. Durauit ea vſq; ad ipſius Imperatoris interitum, qui fuit 4. Februarij anno 211.	202
			211
		ANTONINVS Baſſianus Caracalla ſucceſſit Seuero 4. Februarij anno 211. vnà cum fratre *Geta*, & necatus eſt anno 217. die 6. Aprilis, quo	211 217
		toto tempore pacem habuit Eccleſia: Succeſſit 4. poſt dies *Opilius* MACRINVS, ſub quo Aſclepiades Epiſcopus Antiochenus Martyrio affectus ponitur in Martyrologio Romano die 18. Octobris ſublato autem Macrino die 9. Iunij anni 218. ſucceſſit ANTONINVS *Alagabalus*, ſub quo anno 219. die 17. Auguſti notatur Zephyrini Papæ, & Martyris, obitus qui non ex perſecutione Imperatoria, ſed aliunde multa paſſus fuit ab Ethnicis. *Alagabalo* ſucceſſit die 10. Martij anno 222.	222
		ALEXANDER Seuerus, qui fauit Chriſtianis; eſto ipſo inſcio Vlpianus Præfectus Prætorij Romæ, & alij eius exemplo confictis criminibus Chriſtianos non paucos ſupplicio Capitali affecerint, quos inter fuit Calliſtus Papa anno 224. & S. Cæcilia anno 230. & Vrbanus Papa 230. anno autem 235. Pontianum Papam relegari in Sardiniam iuſſit, criminibus circumuentum per calumniam ab Ethnicis tamē ex odio Chriſtianiſmi irrogatam; quo proinde anno Alexāder Maximini dolo occiſus eſt d. 18. Martij.	224
9	VII	IVLIVS MAXIMINVS arrepto Imperio die 18. Martij anno 235. adeo non modo Thrax genere, ſed trux	235

genio,

ORDO Noſter.	ORDO Aliorum.		An. Chriſti

genio, vt teſte Capitolino perſua-
ſus eſſet ſine crudelitate Imperium
non teneri, & odio ingenti in eos,
quibus Alexander indulſerat, ſeue-
riſſimo edicto iuſſit necari ſolos
Eccleſiarum præſides tanquã Au-
ctores Doctrinæ Euangelicæ, initio
facto à Pontiano Papa iam exulan-
te in Sardinia, & anno ſequenti ab
Anthero Papa; in qua tamen perſe-
cutione Præfecti ſupplicia exten-
derunt etiam ad alios Clericos. Oc-
ciſus porro fuit Maximinus anno
238. die 18. Martij. *Eius* perſecu- 238
tionẽ *Septimam* Seuerus Sulp. *Sex
tam* Oroſius, & S. Auguſtinus nu-
merant.

Deinceps ſub *Gordianis*, & *Philippis*,
ideſt ab anno Domini 238. vſq; ad
Aprilem anni 249. Pacem habuit
Eccleſia, eaq; bene vſi eius Præſu-
les Euangelium propagarunt. Phi-
lippum autem non anno 251. qui
Baronio eſt 253. ſublatum eſſe,
ſed anno 249. docuimus Tomo 1.
lib. 4. cap. 10.

10 VIII DECIVS anno Domini 249. tam di- 249
ram perſecutionem edixit in Chri-
ſtianos, vt Dionyſius Epiſc. Alex
andrinus apud Euſebium dixerit
verificatum videri dictum Chriſti,
tantam nimirum fuiſſe, *vt in erro-
rem inducerentur ſi fieri poßet, etiã
electi.* Præſidibus enim Prouincia-
rum minatus eſt ſupplicia, niſi om-
nino cogerent Chriſtianos ad ſa-
crificandum Idolis, vt refert S. Gre-
gorius Nyſſenus: ſed vt ab Euan-
gelio ſecundùm analogiam non re-
cedamus: *Propter electos breuiati
dies illi* videntur: quandoquidem
ſub finem anni 251. occiſus fuit
Decius cum filio, & Imperium oc-
cupauit *Gallus* cum *Voluſiano* an-
no eodem, & primo hoc tempore
quieuit perſecutio, teſte Dionyſio
Alexandrino.

GALLVS tamen, & VOLVSIA-
NVS anno 253. qui fuit penulti- 253
mus Imperij inſtitutam à Decio, &
continuatam ab Hoſtiliano perſe-
cutionem inſtaurarunt ſæuiſſimè,
& in ea martyrio affecti ſunt in pri-
mis anno eodem Cornelius Papa,
& alij; occiſi autem ſunt Gallus, &
Voluſianus anno Chriſti 254. Mar-
tio exeunte.

11 IX LICINIVS Valerianus, & LICI-
NIVS Gallienus iam inde à De-
cembri anni 253. ſalutati fuerunt
Imperatores, viuis adhuc Gallo, &
Voluſiano, ſed his ſublatis liberius
incœpere imperare anno 254. ineũ-
te Aprili porro *Licinius* primis tem.
poribus fauit Chriſtianis, & licet
Lucius Papa ipſo inſcio martyrio
fuerit affectus anno 255. Licinius
tamen non niſi anno 257. à Magis 257
deceptus inſtaurauit Perſecutionẽ,
vt habet Dionyſius Alexandrinus,
quæ *Octaua* dicitur Hieronymo,
Auguſtino, Oroſio, & Sulpicio, &
eadem habita ac *Decij*, quia non
nouo edicto, ſed Decij edicto re-

ORDO Noſter.	ORDO Aliorum.		An. Chriſti

ſumpto inſtaurata fuit, vnde non
ſemel in actis Eccleſiaſticis, qui-
dam dicuntur paſſi ſub *Decio*, &
Valeriano, quia vi eiuſdem Decre-
ti, & Edicti; licet non eodem tem-
pore nec ſub eodem Imperatore.
Durauit autem hæc perſecutio per
annos 3. & menſes 6. ſeu donec Va-
lerianus à Perſis captus eſt anno
260. ſub finem anni & Sapori Regi 260
pro ſuppedaneo inſeruiuit ad inſi-
liendum equum. Nam & *Gallie-
nus* 30. Imperium Tyranis vſurpan-
tibus, ſatius habuit eodem anno ſta-
tim perſecutionem comprimere
nouis edictis, quæ recitat Euſebius.
Quare qui martyrio prius affecti
fuerant ſub Licinio nonnulli dicun-
tur paſſi ſub *Callieno*; quod intelli-
gendum eſt de tempore antecedẽn-
ti annum 260. exeuntem; eſto Gal-
lienus non fuerit de medio ſubla
tus, niſi menſe Martio anni 268. 268

Quieuit itaq; Eccleſia à perſecutioni-
bus annis 13. videlicet ſub Gallieni
8. vltimis annis itemq; ſub *Flauio
Claudio*, & M. *Aurelio Quintilio*,
& vſq; ad annum 3. *Aureliani*, qui
dictus eſt *Lucius Domitius Aure-
lianus*, & iuxta noſtram Chronolo-
giam iniuit Imperium ſub finem
Martij 270. 270

12 X AVRELIANVS anno 3. Imperij ſui,
ideſt Chriſti 273. in Chriſtianos 273
exarſit, quos ſeditionis auctores
ethnici calumniabantur eoq; præ
textu interfecti ſunt, qui ſtatuas
Deorum adorare nolebant; ſub eo-
dem, martyrio coronatus eſt S. Fe
lix Papa, & S. Symphorianus, in cu
ius Actis extat Aureliani reſcriptum
contra Chriſtianos ad Prouincia
rum Rectores; vt mirum ſit ab O-
roſio, & Sulpicio omiſſam hanc
perſecutionem, quam S. Auguſti-
nus *Nonam* at S. Leo in Serm. de
Pentecoſte *Octauam* numerat: ſed
ſi Licinij, & Gallieni perſecutio à
Decij perſecutione diſtinguetur;
dicenda eſt *Decima*. Eſto ab Edi-
cto publico contra Chriſtianos di
uinitùs inhibitus fuerit Aurelianus,
brachiorum commiſſuris eneruatis,
dum illi ſubſcribere conabatur te
ſte Euſebio.

Requieuit ſubinde Eccleſia ſub *Cl. Ta-
cito Aur. Probo, Aur. Caro* ab an-
ni 275. initio, quo ſublatus eſt Au- 275
relianus vſque ad annum 282. quo 282
Numerianus 12. Auguſti cum Caro
imperare cœpit; ſub quo aliqui
Martyrio affecti dicuntur in Actis
Eccleſiaſticis, præcipuè Eutychia-
nus Papa videlicet vi reſcriptorum
Numeriani, quæ durarunt etiam
ſub *Caro*, & Carino vſque ad an-
num 285. 285

13 XI DIOCLETIANVS, & MAXIMIA-
NVS Herculeus initium ſui Impe-
rij numerarunt à die 17. Septem-
bris anni Chriſti 284. viuo adhuc
Carino, vt demonſtrauimus tomo
1. libro 4. cap. 10. ſed perſecutio-
nem edicto publico non promulga-

runt

ORDO Noſter.	ORDO Aliorum.		An. Chriſti
		runt niſi Martio menſe anni Chriſti 303. currente anno 19. Imperij ipſorum, vt eodem capite oſtendimus; ſed licet innumerabiles Chriſtianos toto Romano Imperio hac perſecutione ſuſtulerint, videntes ſe nihil proficere, & Chriſtianos non ſolum ad Deorum cultum adigi non poſſe, ſed etiam vltro ſe ad martyrium offerre, deſperato tædio victi præſertim Diocletianus anno ſequenti 304. abdicarunt ſe imperio renunciantes illud Kal. Aprilis *Conſtantio Chloro*, & *Galerio Maximiano Armentario* eſto Maximianus Herculeus tentarit poſtea reaſumere Imperium nec mortuus ſit niſi anno 310. Diocletianus autem infeliciſſimè perierit anno 316. die 3. Decembris. Perſeuerauit tamen Perſecutio ſub nomine Diocletiani ferè quamdiu vixit, licet aliquando intermiſſa ſit, & aliqui Martyres dicantur paſſi ſub alijs ſucceſſoribus in Imperio nempe *Galerio Maximiano Armentario Maxentio, Aurelio Licinio, & Galerio Maximino*.	
		GALERIVS MAXIMIANVS Armentarius Diocletiano ſuccedens anno 304. Kal. Aprilis cum CONSTANTIO Chloro Illyricū Aſiam & reliquū Orientem ſibi retinuit; relicta Italia, Africa, & Gallia ipſi Chloro, ſed Chlorus ſponte illi ceſſit Africā, & Italiā; quare Armentarius Seuerū Cæſarem Italiæ præfecit, Galerium autem Maximinum Orienti, qui & ipſe creatus fuerat Cæſar. Sed Conſtantius quidem Chlorus perſecutionem ſedauit in ſua ditione; illam verò continuauit in ſua Maximianus Armentarius vſq; ad annum 310. Chriſti quo edicto illam compeſcuit, & anno ſequenti 311. extinctus eſt aſſumente Orientis Imperium Galerio Maximino, qui anno 312. perſecutionem in Chriſtianos inſtaurauit, annoq; 313. extinctus fuit. Cœteri Martyres qui ab anno 304. ad 312. paſſi dicuntur alicubi ſub Maximimino, aut Licinio non vi nouæ perſecutionis, ſed vt dixi vi Deocletianei edicti paſſi ſunt. Acerbiſſimè autem renouata eſt à Licinio anno 316. durauitq; ferè vſq; ad eius interitū, qui fuit anno 325. Deinceps quieuit Eccleſia viuente Conſtantino Magno.	310 312 316 325
		CONSTANTIVS filius Conſtantini Magni iam ab Euſebia vxore magni ingenij fœmina infectus Arianiſmo, ſtatim ab anno 337. quo patri ſuo ſucceſſit Arianis fauit, & Catholicis adeo moleſtus fuit; vt ea vexatio fuerit inſtar perſecutionis, donec in ſua hæreſi mortuus eſt anno 361.	36
14	XII.	SAPORES iunior Rex Perſarum anno 312. ſucceſſit in Regnum, ſed non excitauit perſecutionem in Chriſtianos ſibi ſubditos, niſi anno 34. Regni ſui ideſt Chriſti 343. quæ acerbior fuit anno 344. At qui numerant Perſecutiones tantummodo à Romanis Principibus excitatas, hanc in numero non collocant: excitauit autem illam inſtinctu Magorum, & Iudæorum ipſo Paſſionis Chriſti die prætextu, quod Chriſtiani cum Romanis ſentirent, aitq; Sozomenus ab eo necatos fuiſſe circiter XVI. mille martyres.	343 344
15	XIII	IVLIANVS Apoſtata impijſſimus imperare cœpit 3. Nouembris Anno 361. loco Conſtantij, & annum 362. Perſecutionem noua forma mouit in Chriſtianos, & quibus perſuadere non poterat cultū Deorum, ijs vitam ademit prætextu aliorum criminum: timuit enim ne, ſi exerto palàm gladio Chriſtianos inſectaretur, illi apum more ad martyria tanquam ad aluearia conuolarent; hac enim ſimulatione nō obſtante SS. Auguſtinus, & Nazianzenus hanc inter perſecutiones Eccleſiæ numerant. Porrò Orante S. Baſilio ante imaginē Deiparæ S. Mercurius martyr Iulianum haſta confodit & ad Inferos deiecit anno 363. die 26. Iunij.	362
16	XIV	VALENS imperare cœpit kal. Aprilis anni 364. annoq; 366. Arianiſmo addictus cœpit Catholicos vexare, quod tamen acerbius præſtitit poſt mortem Valentiniani ſecutam anno 375. d. 17. Nouembris, & tandem perijt ob hæreſim ab ijs ipſis, quos in hæreſim induxerat, anno 378. d. Auguſti 9.	366 375 378
17	XV.	ISDEGERDES Perſarum Rex regnare cœpit anno Chriſti 400. percuſſoq; fœdere annorum centum cum Romanis, deinde ex grauiſſimo dolore ſanatus à S. Marutha Epiſc. licentiam dedit prædicandi fidem in toto ſuo regno; ſed cum Audax Epiſcopus Pyreum, videlicet Templum in quo ſeruabatur ignis Perſarum Deus demolitus eſſet, monituſq; à Rege illud reædificare abnuiſſet, & ipſe Regis iuſſu Martyrio affectus eſt, & atrox in Chriſtianos perſecutio excitata eſt inſtigantibus magis Regem ac Miniſtros eius, quod factum Marcellinus in Chronico aſſerit Conſulib. Theodoſio Auguſto IX. & Conſtantio Cæſare III. nempe anno Chriſti 420. Durauit autem vſque ad mortem Iſdegerdis nempe anno 420. & 421. & continuata fuit ab eius ſucceſſere Vararane huius nominis IV. qui mortuus eſt ann. 441. & à Vararane V. qui mortuus eſt anno 488. quare cum Theodoreto teſte l. 5. c. 38. durauerit perſecutio annos 30. & continuata ſit à Varanibus, vt confirmat Cyrillus Monachus in vita S. Euthymij penes ſurium 20. Ianuarij, ſequitur duraſſe hanc perſecutionem ab anno Chriſti 420. ad 450. ideſt ab anno penultimo Iſdegerdis ad annum 9. Vararanis 420.	420 450

GEN-

ORDO Noſter.	ORDO Aliorum.		An. Chriſti
18	XVI.	GENSERICVS Vuandalorum Rex Arianus, licet anno 428. Chriſti Africam ceperit, ac deuaſtarit, perſecutionem tamen in Catolicos nō excitauit niſi Aetio, & Sigeſuulto Conſulibus, vt habet Proſper in Chronico, ideſt anno Domini 437. exercuitq; in Sicilia, quam anno 440. deuaſtauit, & Romæ quam captam diripuit anno 455. annoq; ſequenti illam auxit in Africa extinctus tandem anno 476. iuxta Victorem l. 1. de Perſecutione Vuandalica eſto Procopius eius vitam extendat ad annū 479. libro item 1. de eadem perſecutione.	437 476
19	XVII.	HVNERICVS Genſerico ſuccedēs, mitior fuit in Catholicos, ſæuus in Manichæos crudelior in ſuos, ſed anno 483. crudeliſſimam in Catholicos perſecutionem biennio intentatam mouit, adeo, vt in deſertum tracti ſint eius iuſſu à Mauris Epiſcopi 4966. præter alios Clericos, annoq; ſequenti aucta ſit perſecutio, & omnes Africæ Eccleſiæ vna die clauſæ fuerint. Sed hoc ipſo anno 484. arreptus à dæmone proprijs ſe morſibus lacerauit, vt refert Gregor. Turron. lib. 2. hiſt. cap. 3. & vermibus corroſus interrijt inſtar Antiochi, Herodis, ac Maximini, vt habet Victor Vticenſis, qui hucuſq; ſcripſit de perſecutione Vuandalica.	483 484
20	XVIII	GVNDABVNDVS Genzonis filius ſuccedens Hunerico anno 484. ab initio quidem pacem conceſſit Eccleſiæ, vt fatetur Iſidorus in Chronico Vuandalico, ſed ſub finem anni circiter 494. aut 495. Perſecutionem mouit in Catholicos, vt Procopius affirmat, nec ita multo poſt obijt anno 495.	495
21	XIX.	TRASAMVNDVS fratri Gundabundo ſuccedens anno 495. Catholicos ad fidem deſerendam non pœnis, ſed præmijs ab initio inuitauit, id atteſtante Procopio: & ita ſe geſſit vſq; ad annum 504. eſto Marianus Scotus in Chronico, iam inde ab anno 498. eius perſecutionem inchoarit, ſed Syncellus, qui tunc viuebat in vita S. Fulgentij apud Surium die 1. Ianuarij hoc anno 504. incœpiſſe hanc perſecutionem nos docet, quo Traſamundus audiens ab Epiſcopis in locum defunctorum Epiſcoporum alios ſubrogatos eſſe: (id quod ipſe vetuerat, vt paſtoribus deſtitutæ Eccleſiæ paulatim abſq; gladio euaneſcerent) iuſſit deportari in exilium Epiſcopos partim in Sardiniam, partim in aſperiora Africæ loca, & in Sardiniam quidem deportati ſunt ad 225. Epiſc. ex ſola Byzacena Prouincia pluſquam 60. Qua occaſione inter alias Sacras Reliquias Hipponenſis Epiſcopus cum Numidiæ Sacerdotidus detulere in Sardiniam venerādum Corpus S. Auguſtini, cum eiuſdem mitra, & baculo Paſtorali. Quamuis autem Traſamundus ex Sardinia accerſitum S. Fulgentium Ruſpenſem Epiſc. multis quæſtionibus de fide Catholica illum interrogarit, quia tamē ea occaſione multi Arianiſmum deſerebant, Ariani Epiſcopi perſuaſerunt Regi, vt Fulgentium in Sardiniam remitteret. Anno autem 522. nempe Conſulibus Symmacho, & Boetio III. poſt regni annos 27. menſeſq; 4. vt habent Procopius, & Iſidorus Traſamundus inſtar Antiochi extinctus eſt mœrore, ac deſperatione preſſus, quod ingenti cladæ affectus eſſet à Cabaone præfecto Tripolis Chriſtiana diſciplina imbuto, & iuſtitia, caſtitate, pietate, ac ieiunijs armato, vt narrant Procopius, & Euagrius lib. 4. c. 15. Porrò *Hildericus* Henrici filius, & Valentiniani Imperatoris ex filia nepos, qui à Traſamundo coactus iurarat, non permiſurum, vt Catholicis Eccleſiæ aperirentur; ſuccedens ei ne videretur iuramentum violare, ante ſuſceptam Regni adminiſtrationem, Epiſcopos exules ad ſuas ſedes reuocauit, iuſſitque aperiri Eccleſias; & ita Ruſpam reuerſus eſt S. Fulgentius. Quamuis igitur Perſecutio Vuandalica videri poſſit vnica, & cum intermiſſione quidem, nihilominus quaſi continuata ab anno Chriſti 437. ad annum vſq; 522 per annos quaſi 85. reuera tamen non vnica, ſed quadruplex fuit. Alioquin perſecutiones excitatæ à Romanis Imperatoribus poſset quis in vnicam *Perſecutionem Romanam*, vel *Imperatoriam* conferre.	504
22	XX.	Coſroes Senioris Nepos Rex Perſarum regnare cœpit cum Patre anno Chriſti 587. ſed contra patrem Hormiſdam è ſubditis erectus anno 590. patrem ad mortem adigit: Syriam autem deuaſtauit anno 607. cladibus: quæ multis Romanum Imperium afflixit annis 608. 610. 611. 613. Ieroſolymam autem cœpit, & locis Sanctis exuſtis Crucem Domini in Perſidem deportauit ann. 614. Ægyptoq; & Lybiæ infeſtus Carthaginē cœpit ann. 616. Heraclioq; pacē petenti anno 617. negauit, niſi Chriſtum abnegaret: Victus ab Heraclio annis 621. 622. 623. 624. præ rabie donarijs Eccleſias ſpoliauit, Chriſtianos ad Neſtorianiſmum compellens. Victus iterum ab Heraclio eſt anno 625. & anno 627. poſtquam Anaſtaſium, Perſam Monachum martyrio affeciſset, fugiens Heraclium à Syroe filio ſuo captus miſerrimè necatus eſt. Quare illius perſecutio videtur incœpiſse ab anno 607.	607 627
23	XXI.	ARIANORVM perſecutio in Hiſpania, ſub Leouuigildo Rege Gothorum cœpit anno 584. deſijtque ſuccedente Reccaredo anno 586.	584 586

ICO-

ORDO Noſter.	ORDO Alio-rum.		Anni Chriſti.
24	XXII	ICONOCLASTARVM, ideſt imagines frangentium, ſeu ICONOMACHORVM, ideſt aduerſus Imagines Sacras belligerantium Perſecutio exordium ſumpſit anno Chriſti 726. quo Leo III. Iſauricus Orientis Imperator anno Imperij ſui decimo horrendo rugitu edictum contra ſacras Imagines, earumq; cultores promulgauit, in gratiam Iudæorum, qui ipſi Imperium prædixerant, durauitq; perſecutio hæc, vſque ad annum 741. quo die 8. Iunij miſerrimè ad inferos detruſus eſt: eamq; continuauit CONSTANTINVS Copronymus eius filius, qui interijt anno 775. 14. Septemb.	726 741 775
25	XXIII	ANGLICANA Perſecutio cœpta anno 1534. quo Henricus VIII. Rex Angliæ horrendo Schiſmate ab Eccleſia Romana, & Catholica ſeparauit ſe ſuumq; Regnum; inſtauratu ab Elizabetha nondum planè ceſsauit, eſto nunc ſub Carolo II. Rege ſperetur permittenda libertas Religionis.	1534
26	XXIV	IAPPONIA Perſecutio incœpit primum anno 1587. ab edictis *Taicoſamæ* Imper. aliter dicti *Cambacudone* à Bonzijs inſtigati; interrupta ſub ſucceſsore eius *Daifuſama*, ſed ſub finem Imperij eius reſumpta, & ab eius ſucceſsore *Xonguſama* anno 1616. inſtaurata, omnium verò crudeliſſimè ab ipſius ſucceſſore, & filio *Toxonguno*, qui ei ſucceſſit anno 1631.	1616 1631

CATALOGVS II.

HAERESIARCHAE, aut HAERETICI FAMOSI,

Cum Summula præcipuarum Hæreſum.

Ex Sanctis Irenæo, Epiphanio, Auguſtino, Gaudentio, Philaſtrio, Damaſceno, Theodoreto, item ex Vincentio Lirinenſi, Alphonſo de Caſtro, Prateolo, Lindano, Bernardo Lutzemburgenſi, Sandero, Baronio, Florimundo de Origine hæreſum, Gualtero, alijſque ſubinde Scriptoribus.

	Anni Chriſti.
I*Vdas Iſcariotes* Sacramentariorum hæreticorum anteſignanus, vt ex Ioannis Euangelio cap.6. colligunt SS. *Chryſoſtomus* homil. 46. in Ioannem, & *Auguſtinus* tract. 27. in Ioan 6. ibidemq; *Theophylactus*, ac demum *Valentia* lib. 1. de reali præſentia Chriſti in Sacram. Euchariſtiæ cap. 2.	32
Simon Magus, primus cenſuit Spiritus Sancti gratiam, & dona emi poſſe pecunia, vt conſtat ex Actorum cap. 8. quibus non impetratis reſumpſit priſtinas hæreſes, & in alias nouas prolapſus eſt; negans Chriſto poteſtatem faciendi vera miracula, ſine Magia, & neceſſitatem bonorum operum, & Mundum à Deo conditum, & reſſurrectionem mortuorum, aſſerenſq; communitatem vxorum, & alia, de quibus *Irenæus* lib. 1. c. 20. *Epiphan.* hæreſi 21.	35
Thebutes repulſam paſſus dum Epiſcopatum ambiret, in hæreſim lapſus cœpit lacerare Eccleſiam ſub initium Claudij Imperatoris, vide *Nicephorum* l. 4. c. 7. & *Prateolum* cent. 1.	42
Alexander Aerarius, qui naufragauit à fide multiſque blaſphemijs ſcatuit reſiſtens S. Paulo Apoſtolo, eumq; perſequens: ideoq; ab eo traditus Satanæ, vt habetur ex *prima ad Timotheum* c. 1. & 2. *ad Timoth.* c. 4.	55
Hymenæus, & *Philetus* negantes expectandam eſſe reſurrectionem mortuorum, eam enim præceſſiſſe in ijs, quibus debebatur, excommunicati ſunt ab Apoſtolo, iubente eos vitari, quia eorum ſermo vt cancer ſerpebat, ex 1. *Timoth.* 1. & 2. *Timoth.* 2.	55
Menander Simonis Magi hæreſes ita profeſſus eſt, vt ſe tamen Simone maiorem prædicaret, & ad ſoluandos homines miſſum. Fuit hic Samaritanus, diſcipulus Simonis, à dæmone exagitatus, & immortalitatem corporis ſuis diſcipulis promittens, ex *Iuſtino* Martyre in Oratione ad Antoninum, & *Tertulliano* de præſcr. cap. 46. & lib. de anima cap. 50. qui addit negaſſe quenquam ſaluari poſſe, niſi in nomine ipſius baptizaretur.	68
Cerinthus, ſeu *Cherinthus* primum reſtitit S. Petro admittenti Cornelium Centurionem ad baptiſmum: & iterum ſeditionem excitauit Antiochiæ dictitans neceſſariam eſſe circumciſionem, & ſine baptiſmo ſaluari poſſe homines, ſi quis pro defuncto ſine baptiſmo, eius defectum ſuppleat per actum fidei; negauitq; diuinitatem Chriſti, & perpetuam Deiparæ Virginitatem, & reſurrectionem Chriſti; addens in paſſione Chriſtum impaſſibilem à IESV paſſibili auolaſſe. *Epiphanius* hæreſi 28. *Irenæus* lib. 1. cap. 25.	70
Ebion cum Cherinto in omnibus hæreſibus conſentiens; addidit inſuper Chriſtũ, & Spiritum Sanctum in Cœlo creatos eſſe; neceſſitatem matrimonij omnibus, damnata virginitate, & continentia; Euangelia reliqua reiecit, retinens vnicum Matthæi, ſed mutilatum, & omnes Epiſtolas Pauli reprobauit: vide *Epiphanium* hæreſi 29 & 30. & 51. vbi addit à S. Ioanne ſcriptum fuiſſe Euangelium contra Ebionem, quod & affirmat S. *Hieronymus* in Catalogo Script. Eccl.	70
Diotrephes reprobatus à S. Ioanne Apoſtolo.	70
Nicolaitæ falsò errorũ ſuorũ originem Nicolao, vni ex 7. Diaconis tribuebant, vt docet *Baronius* ad annum 68. Chriſti; beatitudinem collocabant in comeſſationibus, & fornicationibus, ac promiſcuo vxorum vſu, omniq; luxuriæ genere ſe inquinabant; demum ſe *Gnoſticos* nominarunt. Hos Dominus in *Apocalipſi* damnauit bis cap. 2. verſu 6. & 15. & contra eos ſcripſit *S. Petrus* Epiſt. 2. cap. 2. & *Iudas* in ſua Epiſt. Canonica.	70
Baſilides diſcipulus Simonis Magi, conceptas olim hæreſes, mortuis Apoſtolis audacius diſſeminare cœpit ſub Hadriano Imperatore de his videndi. *Irenæus* lib. 1. cap. 3. *Clem. Alex.* lib. 2. 3. & 4. *Strom.* *Tertull.* de præſcript. cap. 46. *Epiphan.* hær. 24. præcipuæ fuere,	117

Chri-

Anni Chriſti.

Chriſtum ſe transformaſſe in Simonem Cire-
næum, & hunc fuiſſe paſſum, ſicq; illuſiſſe
Iudæis; carnem non eſſe reſurrecturam, ideoq;
illi in hac vita indulgendum, fruendumq; om-
ni voluptate, ac luxuria; paſſiones noſtras eſſe
exercitum Spirituum in nobis habitantium,
quibus reſiſtendum non eſſe; animam prius
peccaſſe in alia vita, hic autem pati ſuppli-
cium; non dimitti à Deo peccata, niſi inuo-
luntaria, aut per ignorantiam facta; non eſſe
alias peccatorum pœnas poſt mortem, niſi
tranſcorporationem animarum.

Saturninus autem cõdiſcipulus Baſilidis in Scho- 118
la Simonis, Antiochenus fuit, Angelos à Deo
Patre creatos dixit, ſed hominem, & Mun-
dum viſibilem factum à 7. Angelis, quorum
vnus fuit Deus Iudæorum, rebellis Deo Pa-
tri, contra quem miſſum Chriſtum ſub ſpecie
humana, non tamem reuera hominem. Re-
ſurrectionem futuram non eſſe, & reliqua de
quibus *Irenæus* l.1.c.22. *Epiphan.* hær.23. *Ter-
tullianus*, & *Theodoretus*.

Carpocras Alexandrinus in multis conſentiens 120
Baſilidi, laxiùs tamen in omne genus luxuriæ
ſe ſuoſq; demerſit adeo, vt puniendos diceret
tranſmigratione animarum in alia deteriora
corpora, qui in hac vita non conſentirent om-
nibus carnis voluptatibus, Euangelicum illud
huc detorquentes: *Eſto conſentiens aduerſario
tuo, dum es in via &c.* Hinc fluxit denuo Se-
cta Gnoſticorum, de quorum turpitudine le-
ge *Baronium* ad annum Domini 120. & *Epi-
phanium* hæreſi 27. de diuerſis autem Sectis
Gnoſticorum, *Gualtherum* pag. 183. Chrono-
graphiæ.

Chiliaſtæ, qui aiebant anno milleſimo poſt re- 130
ſurrectionem, carnalem vitam redituram.

Valentinus Ægyptius, Philoſophus Platonicus, 140
poſt poſitus alteri in Epiſcopatu, quem ſpera-
bat in hæreſim ſe deiecit ſub Antonino Pio, vt
narrant *Tertullianus*, *Irenæus*, *Theodoretus*. In-
ter alias hæreſes fabulis inſertas dixit Chri-
ſtum non ſumpſiſſe Carnem ex Deipara Vir-
gine, ſed tranſiſſe per ipſam, vt per rimam,
aut canalem; peccati authorem non eſſe libe-
rum arbitrium noſtrum, ſed diabolum, aut na-
turam mundi; Chriſtum redemiſſe animas
tantùm, corpora autem minimè ſaluanda eſse.

Nazaræi ſub idem tempus ita Chriſtum Filium 140
Dei aſſerebant, vt tamen totam legem Iudai
cam obſeruandam eſſe dicerent. Vide *Epipha-
nium hæreſi* 29. & *S. Auguſt.* lib. 9.

Ophitæ authore Euprate Serpentem colebant, & 143
Chriſto præferebant dicentes Sapientiam Dei
in Serpentem conuerſam eſſe, Chriſtum au
tem fuiſſe illum Serpentem, qui Euam dece-
pit, *Epiph.* hær. 37. *Iren* lib. 1. cap. 34. *Tertull.*
de præſer. c. 47. *Origenes* lib 6. contra Celſum,
Auguſtinus ad Quoduultdeum, *Theodoretus*
de hæretic. fabulis lib. 1.

Cainani Cainum tanquam robore, & virtute præ- 144
ditum venerabantur, & peſſimos quoſque vt
Eſau, Chore, Sodomitas ipſumq; Iudam, quẽ
præuidiſſe quantum boni futurum eſſet ex ne-
ce Chriſti, ideoq; prudenter illum tradidiſſe
Iudæis, nec ſaluari poſſe, qui omnia peccata
non conſumet, & cuiq; peccato perficiendo
Angelum præfectum eſſe &c. *Irenæus* l. 1. c. 35.
Tertull. præſer. c. 47. *Epiph.* hær. 38.

Sethiani venerabantur Sethum filium Adæ, & 145
hunc eundem cum Chriſto faciebant. *Tertull.*
de præſer. cap. 47. *Iren.* lib. 1. c. 34. *Epiphan.*
hær. 31.

Baſſus Ebionis Cerinthiq; deinde Valentini di- 145
ſcipulus, perfectionem rerum omnium, ac ſa-
lutem conſtituit in 42. litteris, & 7. aſtris Chri-
ſto contempto. *Philaſtrius*, ſeu *Prateolus*.

Ptolemæus ad Valentini Magiſtri deliramenta 146
adiecit, Deum impoſſibilia præcepiſſe, præ-
cipuè indiſſolubilitatem matrimonij, *Epiphan.*
hær. 32. 33. *Auguſt.* 12. & 13. qui aiunt illi
ſucceſſiſſe *Secundum*, & noua figmenta addi-
diſſe.

Marcus Marcitarum author, maiorem ſe à Deo 150
virtutem recepiſſe, quam Apoſtolus iactabat;
fœminis per incantationes allectis Sacerdotiũ
conferebat, & poteſtatem conficiendi Eucha-
riſtiam &c. *Epiphan.* hær. 34. fuit Valentini
diſcipulus.

Heracleon Marci, & Baſſi, ſeu Colarbaſij diſci- 153
pulus, aiebat animas defunctorum redimi poſ-
ſe ſola inuocatione ſuper eorum caput oleo,
balſamo, & aqua perfuſum, *Epiph.* her. 36.
Auguſtin. lib. 16.

Cerdo Heracleonis diſcipulus, duos Deos intro- 155
duxit, vnum malum, & Mundi Creatorem;
alterum bonum, cuius filium fuiſſe Chriſtum
phantaſticè tantum natum, & paſſum, non rea-
liter; reſurrectionem corporis negauit, ſo-
lumq; Euangelium Lucæ, nec totum recepit:
vixit ſub Teleſphoro, & Hygino Papa, Ro-
mamq; veniens ex Syria bis hæreſim ſuam
damnauit, ſed poſtea relapſus eſt. *Tertull.* de
præſer. c. 51. *Iren.* l. 1. c. 28. *Epiphan.* hær. 41.

Marcion Synope Ponti natus ex viro illuſtri, ac 160
probo, qui fuit poſtea Epiſcop. ob corruptam
Virginem, à patre de Eccleſia, vtpote impœ-
nitens, pulſus venit Romam ſub Aniceto, vbi
non receptus inter Eccleſiaſticos, Cerdonis di-
ſcipulus euaſit duoſq; Deos aſtruxit vnum ma-
lum authorem mundi, & veteris legis, alterum
bonum Redemptorem Mundi per Chriſtum,
& ſoluentem legem veterem, quæ duo princi-
pia confirmabat ex parabola Euangeli de bo-
na, & mala arbore, poſtea tamen tres Deos, &
tandem nouem inuexit, veritatem carnis Chri-
ſti, & reſurrectionem corporum negauit, con-
iugatoſq; baptizandos, ſolis virginibus baptiſ-
mum concedens, *Epiphan.* hær. *Tertull.* con-
tra Marcionem, & de præſcript. cap. 30. & 51.
Origenes Dial. contra Marcionem, *Iren.* lib. 1.
c. 29. *Theodoretus* lib. 1. de Fab. Hæret.

Lucanus Baſiliſcus, & Pontinus fuere præcipui
aſſeclæ Cerdonis, & Marcionis, *Euſeb.* lib. 5.
cap. 3.

Apelles Marcionis hæreſes ſectatus, ſed à Philu- 160
mena mulicrcula, quã habuit in delicijs, & per
eam à dæmone incitatus, nouam hæreſim de
duobus principijs, ita ſtatuit, vt malus Deus à
bono Deo factus ſit, & Chriſtus non à Matre,
ſed ab Elementis carnem ſumpſiſſe, ſolas ani-
mas ſaluari &c. *Tertull.* præſer. c. 51. *Epiph.*
hær. 44. *Auguſt.* hær. 24. *Euſebius* l. 5. c. 13.

Hermogenes Africanus picturæ ſtudioſus ex 165
Chriſtianis tranſijt ad Philoſophiam Stoicam,
inuexitq; materiam Deo coæternam; Salua-
torem Dei filium negauit, omnemq; intelle-
ctum Spiritui Sancto eripuit. Corpus Domi-
ni in Sole reponebat, diabolum, & dæmones
in materiam refundendos. *Tertull.* contra Her-
mog. & de præſcript. cap. 7. *Philaſtrius* in Ca-
tal. hæreſ. *Theophilus* Antiochenus contra
Hermogenem.

Montanus natus in Ardaba pago Phrygiæ (vnde
Cataphrygarum hæreſi nomen) primatus cu-
piditate incenſus, ſe, aut Priſcam, ſeu Priſcil-
lam, & Mazimillam ſuas inſanas vates Spiritu
Sancto ſingulariter afflatum, & tandem ſe Pa-
racletum eſſe dictitans, ac ſeueriſſimam San-
ctitatem affectans, nec niſi ieiunia, continen-

tiam,

Anni Chriſti.

tiam , & martyria prædicans vitamq; omnino
Gnoſticis contrariam inſtituens, magnam exi-
ſtimationem nactus plurimos viros,fœminaſq;
decepit: cœpit autem prophetare anno 4. An-
tonini Imperatoris nempe Chriſti 142.eſſe au- 142
tem ſuſpectus de hæreſi primis, M. Aurelij
temporibus, ſeu Chriſti anno 162. palam ve-
rò detectus, & ab Eccleſia eiectus, & damna-
tus in Aſia, & in Græcia ab Epiſcopis anno
173. & tandem laqueo ſeipſos præfocarunt,& 173
quidem Maximilla anno ferè 178. *Epiphan.*
hær. 48. *Euſebius* in Chron. & lib.5. cap.3.15.
17. *Theodoretus* lib. 3. de fabul. hær. *Tertul-
lianus* de præſcrip. cap.52. qui infeliciter huic
hæreſi, quam prius impugnauerat patrocina-
tus eſt.

Tatianus natione Syrus, ex Philoſopho Platonico 172
factus Chriſtianus, fuit diſcipulus Iuſtini
Martyris, ſcripſitq; inter alia multa, egregium
volumen contra Gentes ; ſed poſt martyrium
magiſtri, elatione tumens in Valentini dogma
dilapſus, & deinceps cum Marcione, & Satur-
nino nuptias deteſtatus, *Encratitarum* hære-
ſim fundauit ; negans Adamum, & Euam ſal-
uatos eſſe, Euchariſtiam ſola aqua conficiens,
omneſq; Pauli Apoſtoli Epiſtolas reijciens.
Irænens lib.1. cap. 3. *Epiphan.* hær. 48. *Aug.*
her.25. *Euſebius* in Chron. & lib.4.cap.27.qui
ait prodijſse hunc hæreticum Maximo,& Or-
fito conſulibus.

Seuerus Tatiani dogmata auxit dicens, vinum à 174
Satana factum, ideoque non bibendum; re-
ſurrectionem mortuorum, vetus Teſtamen-
tum, Acta Apoſtolorum, & Pauli Epiſtolas
reijciens. *Euſeb.* lib.4. c. 27. *Auguſt.* de hær.
cap.24. *Epiphan.* in Anacepheleos.

Bardeſanes Meſopotameus ſcripſit eloquentiſſi- 175
mè lingua Syriaca aduerſus Marcionem, &
Valentinum, cuius in Schola verſatus fuerat,&
dialogum de Fato ad Antoninum Imper. ſed
poſteà relapſus eſt in Valentini quoſdam er-
rores, & negauit reſurrectionem mortuorum,
Euſeb. lib.4. cult. *Epiphan.* hær. 56. *S. Aug.*
hæreſ. 54.

Archontici Diuina Sacramenta reijciebant, ne- 176
gantes corporeas res eſſe ſigna, nedum cauſas
inuiſibiles gratiæ; redemptionem perfectam
conſiſtere aiebant in ſola cognitione, & Mun-
dum ab Archangelis factum eſſe, vnde Ar-
chontici dicti, & Deum authorem veteris le-
gis, ipſamq; veterem legem ad damnationem
potiùs inſtitutam calumniabantur. *Epiphan.*
hær. 40. *Theodoret.* hær. fab.l.1.

Prodicus Adamitarum auctor, qui nudi in cauer- 176
nis, cum mulierculis ſe miſcebant pluresque
Deos introducebant, & martyrij neceſſitatem
negabant. Vide *Gualterum* Seculo 2. c.33.

Blaſtus Quartadecimanorum anteſignanus, Iu- 180
daiſmum introducere ſatagebat, dum Paſcha
celebrandum aiebat Luna decimaquarta in
quamcumq; feriam incidiſset. *Tertull.* de præ-
ſcript. c. 53. *Euſeb.* lib.5. c.19.

Florinus Presbyterij Eccleſiaſtici honore exutus 180
Romæ, hæreſim ſuſcitauit de Deo malorum
authore, negauitq; Chriſtum ex Virgine na-
tum eſſe, & iudicium vltimum, ac reſurrectio-
nem. *Euſeb.* lib.5. cap.19. *Gualterus* ſeculo 2.
cap. 35.

Theodotus Byzantinus coriarius quidem,ſed mul- 194
tæ eruditionis, cum in perſecutione fidem
Chriſti abnegaſset, vt ſuum factum excuſaret,
dixit ſe non niſi hominem ſimplicem negaſse,
Chriſtum enim non eſse Deum, vnde eius Se-
ctatores dicti ſunt *Alogi*, quod negarent Chri-
ſtum &c. Verbum Patris. *Tertull.* de præſcr.
cap. vlt. *Epiphan.* hær. 54. *Euſeb.* lib.5.cap.27.
Theodoret. lib.2. hær. fab. addens, damnatum
fuiſse à Victore Papa.

Theodotus Argentarius, ſeu *Melchiſedechianus*, 195
quia aiebat Chriſtum inferiorem eſse Melchi-
ſedecho, vtpote ſine patre, ſine matre incom-
prehenſibili modo genito ; Chriſtum autem
ſimplicem eſse hominem ex matre ſua natum,
& ideo dictum eſse de Chriſto. *Tu es Sacerdos
in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech*,
& ſicut Chriſtus aduocatus eſt hominum, ita
Melchiſedech eſse aduocatum Angelorum.
Tertull. de præſcr. cap. vlt. *Theodoretus* de
fab. hær. lib.2.

Praxeas ex Aſia Romam veniens ſub Victore 200
Papa, cum à Montano, & Proclo deſciuiſset,
Monarchicorum hæreſim fundauit, vnam tan-
tum perſonam in Sanctiſſima Trinitate agno-
ſcentium, quæ paſsa ſit pro nobis. Quod
Patropaſſiani, & Sabelliani poſtea aſserue-
runt ; damnatus fuit poſtea Praxeas à Zephy-
rino Papa, ſed antea ſe prodiderat. *Tertull.* ad-
uerſus *Praxam*, & de præſcript. cap.vlt. *Aug.*
de hær. c. 41.

Tertullianus, ſeu inuidens Victori ſuo conciui 201
Papatum, ſiue fruſtratus ſpe Carthaginenſis
Epiſcopatus,in Montani hæreſim,quam dam-
nauerat initio tertij ſeculi ruens, & muliercu-
larum reuelationibus leuitate ingenij, homo
alioquin auſterus, fidem habens, cenſorem ſe
Eccleſiæ, ac Pontificum geſſit, Paracletumq;
internum cum Montano agnoſcens, traditio-
nibus Eccleſiæ detraxit ; animam filij, ab ani-
ma Patris genitam ex traduce dixit ; animas
impiorum conuerti in dæmones poſt mortem;
Deum corporeum eſse nulla tamen figura cir-
cumſcriptum ; bigamiam nemini permitten-
dam peccatores quantumuis pœnitentes, non
eſse admittendos in Eccleſiam, nephas eſse fu-
gere perſecutionis tempore, aut pecunia vexa-
tionem redimere ; hæreticorum baptiſmum
inualidum eſse. *Baronius* ad an. 201. *Pamelius*
in Tertull. *Gualtherus* in Chronographia ſecu-
lo 3. cap.1. & alij apud eos.

Symmachus Samaritanus, ſiue ad Iudæos, itera- 201
ta circumciſione tranſierit, vt habet *Epipha-
nius* de pond. & menſ. ſiue ex Chriſtiano
Ebionita factus, vt ait *S. Hieronymus* ; præter
nouam Bibliorum interpretationem, nullum
Iudicium expectans, carni indulgendum dixit
Philaſtrius.

Arabici animam cum corpore interire aiebant, 204
ſed reſurrectura vtraq; in die Iudicij, *S. Aug.*
hær. 83. *Prateolus* addens prodijſse tempore
Seueri, & Zephyrini.

Agrippinus Epiſc.Carthag.Tertulliano præeun- 210
te docuit, baptizatos ab hæreticis rebaptizan-
dos eſse. *Auguſt.* lib.2. de Bapt. à cap.7. *Liri-
nenſis* in Commonitorio.

Origenes Adamantius curioſis de Scriptura quæ- 220
ſtionibus Patrem fatigare ſolitus, & Platonicis
imbutus allegorijs, Celſi Epicurei Philoſophi
accerrimus inſectator ; glorioſa fidei confeſ-
ſione ſub Decio illuſtris, & qui ſeipſum, vt
abſq;ſuſpicione docere poſset mulieres in Ec-
cleſia, eunuchum fecerat ; in errores tamen
varios incidit ; adeo, vt teſte Caſſiodoro de in-
ſtit. diu. lect. *Vbi bene nemo melius, vbi malè
nemo peius*, & ſuis dictis fundamentum dede-
rit hæreſi *Origeniſtarum* aſserentium Filium
Dei eſse Creaturá ſicut, & Spiritum Sanctum,
& ſolum adoptione filium Dei, & compara-
tum cum hominibus eſse veritatem ; ſed com-
paratum cum Patre mendacium eſse, nec poſse
ab ipſo videri Patrem, aut à Spiritu Sancto;

Ipſum

Anni Christi.

Ipſum vero Spiritum Sanctum ab Angelis videri non poſse, nec ab hominibus Angelos; animas vero hominum ante corpora fuiſse Angelos, ſed ob peccatum in corpora detruſas: pœnas inferni non fore æternas, ſed omnes animas poſt purgata peccata ad Regnum Dei tranſituras abſq; reſurrectione corporum, & tamen regnum Chriſti finem habiturum; nullam eſſe poſt hanc vitam ſexus differentiam, omnia quæ nunc, & hactenus euenerunt, viciſſim reditura iuxta Platonicos circuitus, & quæ de cœlo, ac Paradiſo in Scriptura dicuntur, aliaq; ſimilia, non eſse ad litteram, ſed figuratè intelligenda. Damnatus porrò eſt Origenes non ſolùm à Demetrio Epiſc. Alex. ſed à VI. Synodo, & ab Anaſtaſio Papa multo poſt mortem; nam teſte Euſebio mortuus eſt Origenes anno Domini 256. annor. *69.* eſto eius apologiam ex Pamphilo Euſebius ſcripſerit lib. 6. c.26. vide *Epiphanium* hæreſi 64. *Vincentium Lirinenſem* contra hæreſes c.23. *Gualterum* in Cronograph. ſec.3. cap.6.

Elceſaitæ, ſeu Sampſei ab Elxai Iudæo ſic dicti, 240
adeo ridicula, & craſsa de Chriſto, & Spiritu Sancto delirabant, vt pigeat me illa huc referre vide, ſi libet, *Gualterum* in Cronographia ſeculo 3. cap.9.

Valeſius Arabs Eunuchorum hæreſim inuexit, 249
qui ſe, & hoſpites ſuos, & omnia animalia ante eſum eorum caſtrabant, id enim ad ſalutem eſse neceſsarium, *Epiphan.* hær. 58.

Nouatianus primus Antipapa à Nouato hære- 254
ſiarca contra Cornelium verum Papam incitatus, & deceptus, non ſolum primum Schiſma inuexit in Eccleſiam, ſed etiam hæreſes multas; nempe peccata omnia eſse æqualia; ſecundas nuptias illicitas eſse; remiſſionem peccatorum non eſse in Eccleſia, ſed loco pœnitentiæ ſecundum baptiſmum ſubſtituendum; baptizatos in Eccleſia Cornelium ſequente, rebaptizandos eſse; puriorem eſse ſuam doctrinam, & vitam, quàm Apoſtolorum, vnde *Cathari*, ideſt *Puri* dici volebant, ideoq; candidis veſtibus induebantur, *Epiphan.* hær. 59. *S. Aug.* hær. 38. *Euſeb.* lib. 6. c. 35. & de Nouato *S.Cyprianus* epiſt.49. 52. 73.

Aquarij, ſeu Hydroparaſtatæ ſub hoc tempus 255
ſola aqua in Euchariſtiæ Sacrificio vtendum aiebant, ſicut olim *Encratitæ Gualterus* ſec.3. cap. 12.

Angelici hæretici, vnde dicti, diuerſas coniecturas adducit, *Epiphanius* hær. 60. *S. Auguſt.* hær. 39.

Sabellius ex Ptolemaidæ Libyæ Oriundus, Pa- 260
tripaſſianorum hæreſim à Noeto, & Praxea olim inuectam inſtaurauit, negans Diuinitatem Perſonarum Diuinarum, & Diuinæ Eſſentiæ tria nomina tantum ad diuerſos effectus ſignificandos tribuens, vnde ſequeretur æquè Patrem, & Spiritum Sanctum incarnatos, natos, paſſos, ac Filium; ex Hermogene autem adiecit materiam ingenitam, & multitudinem Monacorum reprobabat, *Epiphanius* hæreſ. 57. *Euſeb.* lib.7. de præpar. cap.5. & 8. *Theodoretus* de hæretic. fab. l.3. *Philaſtrius* de hæreſ. c.53.

Apoſtolici hæretici neminem ſaluari poſſe aie- 261
bant, qui vxorem duceret, & omnibus bonis temporalibus non renunciaret, vnde ipſi dici volebant *Apotactici*, ideſt *Renunciatores*. *Epiphanius* hær.61. *Aug.* hær.40.

Chiliaſtæ, ideſt *Millenarij* opinionem ſuam hau- 130
ſere à Papia S. Ioannis Euangeliſtæ diſcipulo, eamq; probabilem putarunt SS. Irenæus, & Iuſtinus Martyr, nedum Tertullianus: ex capite enim 20. Apocalipſis colligebant Chriſtum deſcenſurum de cœlo, & regnaturum in terra mille annos cum Sanctis ſuis in delicijs corporeis, honeſtis tamen, quæ opinio diu tolerata à Nepote Epiſcopo in Ægypto, adeo aſſertiuè propugnata eſt, vt in hæreſim tranſierit confutatam à Dionyſio Alexandrino Epiſc. qui etiam Corationem eiuſq; Monachos conuicit, & ab hæreſi abduxit, *Euſeb.* lib.7. c. 19. *Epiphan.* hær. 77. *Philaſtrius*, & *Prateolus* verbo *Chiliaſtæ*.

Paulus Samoſatenus anno Domini 260. factus eſt Epiſcopus Antiochenus Iudaizans, & mente elatus, humiliter nimis de Chriſto ſenſit; eum purum hominem affirmans inſigni iuſtitia præditum, nec in natura diuina tres perſonas agnoſcens, ſed Verbum, & Spiritum Dei eſſe in Deo non conſubſtantialiter, ſed ſicut eſt in hominis corde verbum proprium, & tale Verbum Dei non ſubſtantiali vnione, ſed mera operatione veniſſe in Chriſtum, & ad Patrem, qui illud ſpirauerat, redijſſe. Hæc hæreſis iuſſu Dionyſij Papæ damnata eſt coacto Concilio Antiochiæ anno 12. Galieni Imperatoris, *Epiphan.* hæreſi 65. *Philaſtrius* de hær. c.65. *Athanaſius* libro de Synodis, *Euſeb.* lib.7. c.22. & 24. de Pauli autem ficta pœnitentia, & de altera Synodo contra eum, eiuſq; prauis moribus. Vide *Baronium* ad annum Domini 266. & 272.

Manes Perſa ſeruus cuiuſdam vetulæ, factus hæ- 277
res bonorum, ac librorum Scythiani, Saraceni, & Buddæ eius famuli, ſucceſſit pariter in eorum deliramentis, & *Curbici* loco, voluit nominari *Manes*, quod Perſicè *Vas* ſignificat. Innotuit autem annò 277. & Manichæorum hæreſim introduxit. Aiebat ſe de cœlo accepiſse Spiritum Sanctum, ac cælitùs illuminatum eſse; duas ab æterno naturas, & ſubſtantias fuiſse, vnã boni, alteram mali principium; terram, & omnem carnem Deo coæternam; Diabolum, & homines malos natura ſua malos eſse; IESVM Chriſtum eſse hunc Solem corporeum, quem videmus, & Solem hunc triangularem eſse. Sed 85. capita Manicheiſmi diligẽter collecta lege apud noſtrum *Gualterum* in Chronographia ſeculo 3. cap.21.

Abſtinentes hæretici in Gallia, & in Hiſpania 289
viguere circa annum 289. ita dicti, quòd cibos quaſi à diabolo creatos damnarent, nec coràm vllo ijs veſci vellent, & matrimonia diſiungerent, & Spiritum Sanctum creaturam eſse dicebant *Philaſtrius* cap.28. & *Prateolus*.

Donatus ambitionis æſtu actus, & indignè ferens 306
Cæcilianum, ex Diacono creatum Epiſcopum Carthaginenſem; non ſolum horrendum illud Schiſma conflauit, ſed multarum hæreſum ſemina iecit. Donatiſtæ enim aiebant in Eccleſia nullos eſse malos, ſed bonos tantum; lapſos quamuis pœnitentes non recipiendos; Filium Dei conſubſtantialem quidem Patri, ſed minorem Patre, & Spiritum Sanctum minorem Filio eſse. Catholicorum baptiſmum inualidum eſſe, & rebaptizandos, qui ad ipſorum tranſibant ſectam; Sacrum Chriſma conculcabant; reliqua vide apud *Gualterum* ſeculo 4. cap. 1.

Meletius Lycopolitanus Epiſc. in Ægypto, eo- 306
dem anno 306. quo Donatus Schiſma excitauit contra S. Petrum Alexandrinum Patriarcham ab eo exorti Meletiani, orare nolebant cum pœnitentibus, qui perſecutionis tempore defecerant; deinde Arianis ſe adiunxerunt. *Baronius* anno 306. nu. 44. *Gualterus* ſeculo 4. cap.2.

Anni Chriſti.

315 *Arius* Presbyter Alexandrinus, Sacrarumq; litterarum interpres, inuidia percitus contra Alexandrum deſignatum eius Vrbis Epiſcopum contrariam Doctrinæ Catholicæ, quam Alexander docebat opinionem, imò hæreſim inuexit, negans Filium Dei eſse Patri ὁμέσιον, ideſt *Conſubſtantialem*, & aſserens eſse minorem Patre, creatumq; ab ipſo; Spiritum autem Sanctum à Filio creatum; item Filium ſolam carnē abſq; anima aſsumpſiſse, & multa ignoraſse, & multa proceſsu ætatis didiciſse: ob quæ ab Alexandro Sacerdotio exutus, & ab Eccleſia eiectus, confugit ad Euſebium Epiſcopum Nicomediæ, qui Arium ſic defendit, vt Ariani dicti ſint Euſebiani: Arius tandem Conſtantinopoli poſt præſtitum doloſè de Profeſſione Fidei iuramentum coram Conſtantino Imperatore die Sabathi, cum exiſset à Palatio, eſsetq; in via prope Forum Conſtantini, timore ex conſcientia ſceleris aluum laxante, ſeceſſit ad latrinas publicas, vbi eiectis per anum viſceribus cum ſplene, ac iecore, repente exhalauit fœtidam animam anno 336. vbi legendus *Baronius* de Arij verò hæreſi idē anno 315. *Epiphan.* hær. 68. & 69. *Athanaſ.* in Orationibus contra Arianos, & in Epiſt. ad Serapionem, *S. Aug.* de hæreſ. c.49. *Theodoret.* lib.4. de hær. fab.

315 *Colluthus* Presbyter Alexandrinus adeo ambitioſus, vt ſe pro Epiſcopo gereret, & Presbyteros ordinaret, docuit Deum non eſse malorum Creatorem, nec mala pœnæ ab ipſo determinari, quæ hæreſis quadriennio poſt in Synodo Alexandrina damnata eſt: *Colluthiani* autem Meletianis, & Arianis aduerſus Catholicos, ſe adiunxerunt. *Philaſtr.* cap. 8. *S. Aug.* de hær. cap. 65. *Theodoret.* lib. 1. cap. 4. *Athanaſ.* Apolog. 2.

410 *Petilianus* Donatiſta, & *Circumcelliones* Martyres eſse veros aiebant illos, qui ſe ipſos præcipitabant, aut cogebant, vt interficerentur ab alijs, quos ad hunc finem circumeundo quæritabant. *Philaſtrius*, & *Aug.* hær.69. *Petilianus* autem laudabat eos, qui ſe ad peccata ſua vlciſcenda interficiebant.

340 *Audæus* ex Meſopotamia Oriundus, dixit Deum humanam ferre imaginem, ſecundùm quam crearit hominem ad imaginem ſuam, & Paſcha celebrandum eſse à Chriſtianis decimaquarta Luna. *Epiphan.* hær. 70. *Aug.* hær. 50. Inde dicti Audiani.

342 *Photinus* ex parua Galatia ortus, Sirmij in Illyria Epiſcopus, Marcelli olim in Galatia Ancyræ Epiſcopi diſcipulus, eius hæreſim de Chriſto puro homine inſtaurauit; ſed damnatus eſt in Concilio Sardicenſi anno 347. & iterum in Sirmienſi anno 357. *Epiphan.* hær.71. *Vincentius* Lirin. contra hær. c.16. *Socrates* lib.2. cap.14. & 15.

360 *Macedonius* Epiſcopatu Conſtantinopolitano ſpoliatus, erupit in hæreſim iam conceptam, nempe Filium quidem Dei eſse conſubſtantialem Patri (quod Catholicum dogma eſt) ſed Spiritum Sanctum minimè; eſse enim famulum, ac miniſtrum Filij Dei, non ſecus atq; Angelos. *Epiphan.* hær. 74. *Aug.* h. 52.

360 *Eunomius* in Galatia natus, in Cappadocia educatus aiebat, ſe nihilominus noſce Deum, quā Deus ipſe; & tamen dicebat Filium Dei nomine tenus, & æquiuocè dici Filium Dei, ſicut homo pictus dicitur homo; negabat baptizandum eſse in nomine SS. Trinitatis, cuius omne ſymbolum reprobabat; ad ſalutem ſufficere ſolam fidem, licereq; ſe omni libidine oblectare aiebat. *S. Baſilius* aduerſus Eunomium. *Greg. Naz.* Orat.3. *Nyſſen.* lib. 2. de anima cap.12. *Auguſtin.* de hær. c 54. *Sozomen.* l.7. cap.17. *Theodor.* hær. fab. lib.4.

361 *Euſtathius*, ſeu Eutactus damnauit nuptias, & veſtes Epiſcopales, & fœminarum veſtes muliebres, & ieiunia Eccleſiaſtica, iubens Dominica ſola ieiunare &c. de quibus *Baronius* anno 361. & *Gualtherus* ſeculo 4. cap. 15. qui cap. 16. *Aerij* huius condiſcipuli errores recenſet, de Paſchate non celebrando, de non orando pro defunctis, & de alijs, de quibus *Epiphan.* hær. 75. *Aug.* hær. 53.

361 *Meſsaliani* hoc eodem tempore prodiere, docentes ſolam orationem ſufficere ad ſalutem, vnde dicti *Euchitæ*, nec eſse manuum labore ſuſtentandam vitam; Baptiſmum nullius eſse virtutis; Euchariſtiam nec obeſse, nec prodeſse; periurium licitum eſse; Satanam adoratione placandum ne noceat, & alia de quibus *Epiph.* hær. 80. *Auguſt.* hær. 57. *Damaſcen.* hær. 80.

370 *Theophronius* Cappadox Eunomij Sectator, peculiaris erroris inuetor fuit, & hæreſis *Agnoitarum* aſserens, Deum in ſua ſcientia mutabilem eſse, quia per præſcientiam cognouit id quod non eſt, per ſcientiam autem tantummodo id quod eſt, & quando eſt, & per memoriam, ea quæ iam fuerunt. *Nicephorus* l.12. cap.30. *Prateolus* verbo *Agnoitæ*, & *Theophronius*.

370 *Rhetorius* aſseruit, hæreticos omnes recta via incedere. *Philaſtrius*, & *S. Aug.* hær.72.

370 *Paterniani* circa hæc tempora dictitabant carnis inferiorem partem infra vmbilicum nō à Deo, ſed à Diabolo factam eſse, vt ſe omni laſciuia conſpurcarent. *Aug.* hær. 85. *Prateolus* verbo Paterniani.

373 *Apollinaris* Laodicenus S. Hieronymi in Diuinis Scripturis Antiochiæ Magiſter SS. Baſilio, & Nazianzeno amicus, antequam detegeretur hęreticus; multarum hæreſum Sator repertus eſt: dixit enim Chriſtianos iterum ad legem Moſaicam obſeruandam reuerſuros, & Iudaiſmum reuicturum: Patrem Maximum, Filium Maiorem, Spiritum Sanctum Magnum tantummodo eſse: Chriſtum carnem de Cœlo non de MARIA Virgine ſumpſiſse, & paſſum eſse in ſua diuinitate; priùs enim hominem purum fuiſse, poſtea meruiſse, vt in Filium Dei adoptaretur, quæ & alia damnata ſunt in Synodo Romana à Damaſo Papa anno 373. & iterum in Antiochena anno 378. *Baſil.* epiſt.74. *Nazianz.* epiſt.1. *Theod.* l.5. c.10. & 11.

373 *Collyridiani* hæretici, ita dicti, quod Deiparæ Virgini κολλυρίδας, ideſt placentas offerrent, eamq; vt Deam colerent; præeuntibus huic errori mulieribus, quibuſdam in Arabia. *Epiphan.* hær. 78. & 79.

Seleuciani, & *Hermiani* ſub idem tempus dixere Deum corporeum, Materiam mundi Deo coæternam, & ingenitam; animam conditam ab Angelis ex Spiritu, & igne, ideoq; baptizandos homines non aqua, ſed igni, abutentes dicto illo Baptiſtæ, *Ipſe vos baptizabit in Spiritu Sancto, & igni*: Saluatorem ſpoliaſse ſe Humanitate eamq; in ſole collocaſse, iuxta illud Pſalmi 18. *In ſole poſuit Tabernaculum ſuum*: Paradiſum viſibilem, & reſurrectionem corporum negabant, nec alium Infernum, quam mundum hunc inferiorem cœlo agnoſcebant, *Philaſt.* & *Aug.* hær.59.

381 *Priſcillianus* in Hiſpania à Marco Menphitano Gnoſtico hæretico inſtructus, hæreſim ex Gnoſticorum, ac Manichæorum colluuie conflatam inuexit, imò ex Arianiſmo, & Sabellianiſmo: Illud proprium adiecit: pro-

miſſio-

Anni Chriſti.

miſſionis filios naſci ex fœminis de Spiritu
Sancto; prolem enim ex carnali ſemine conce-
ptam, non poſſe ad Deum pertinere, ideoq;
matrimonia deteſtabatur, & animas eſſe eiuſ-
dem ſubſtantiæ cuius eſt Deus, ſed ob pecca-
tum in cœlo commiſſum in corpora deiectas;
Homines fatali nexu Stellis alligatos, ne autem
quis reuelaret etiam iuramento adactus, turpi-
tudines, quas Gnoſticorum more in occulto
patrabant Priſcillianiſtæ, illud dogma, ſeu
Præceptum ſtatuerant: *Iura, periura, ſecre-
tum prodere noli*. Horum hæreſis damnata eſt
in Concilio Cæſarauguſtano. *Aug.* hær. 70.
Seu. Sulp. l. 2. *Acta* Conc. Cæſaraug.

Heluidius ab Auxentio Ariano Epiſcopo Medio- 382
lanenſi originem trahens, Romæ duas hæreſes
ore immundo vomere, non dubitauit, videlicet
Deiparam non fuiſſe Virginem poſt partum,
ſed alios filios ex Ioſeph peperiſſe, vt virgini-
tatem non eſſe maioris meriti, quàm matrimo-
nium; ſed S. Hieronymus dum Romæ eſſet
apud S. Damaſum oblatranti huic cani os ob-
ſtruxit anno 382. *Hier.* contra Heluid. *Auguſt.*
hær. 84. *Gennad.* de viris illuſtrib. c. 32. *Epi-
phanius* hær 78. nomine Antidicomarianorum
intelligens Heluidianos.

Iouinianus ex Monaſterio Mediolanenſi ſubur- 382
bano egreſſus, & ex Pſeudomonacho in Sar-
danapulum tranſmutatus, auſus eſt aſſerere;
virgines, viduas, & maritatas eiuſdem eſſe me-
riti inter abſtinentiam, & vſus cuiuſuis cibi
cum gratiarum actione nullam eſſe differen-
tiam, omnium, qui ſuum baptiſmum ſeruaue-
rint, eandem eſſe in Cœlo remunerationem, &
qui plena fide renati ſunt in baptiſmo, non
poſſe à Diabolo ſubuerti. *Hieronymus* contra
Iouinianum, addit *S. Ambroſius* hær. 13. & *S.
Aug.* hær. 82. eum negaſſe perpetuam Deipa-
ræ virginitatem, & Filium Dei veram carnem
ſumpſiſſe.

Pontilianus Donatiſta, de quo ſupra huc transfe- 410
rendus eſt. Circa hæc tempora, extitere, *Bono-* 400
*ſus Parmenianus, Sabbathius, Rogatus, Felicia-
nus, Agape*, de quorum erroribus. *Gualtherus*
in Chronogr. ſeculo 4. à cap. 47. vbi conclu-
dit *Diſcalceatos*, de quibus *S. Aug.* hær. 68.
abuſos illo Exodi 3. *Solue calceamentum de
pedibus tuis*, dicentes id neceſſarium eſſe ad ſa-
lutem.

Felix Manichæus diſputans cum S. Auguſtino 404
feliciter victus eſt, & conuerſus ad fidem Ca-
thol. *Aug.* lib. 2. contra Felicem in fine, *Poſſi-
don.* in vita S. Aug. c. 36.

Fortunatus Manichæus à S. Auguſtino confutatus 404
circa hoc tempus.

Fauſtus Manichæus hæreſis conuictus eſt, contra 404
quem S. Aug. libris 30.

Vigilantius Calagurritanus, & Barcinonenſis Ec-
cleſiæ Presbyter cum Ieroſolymam ſe contu-
liſſet, & inde in Gallias, diſſeminare cœpit hæ-
reſes, quas ſub pallio Sanctimoniæ fouerat;
improbabat enim cultum, ac venerationem
Sanctorum, ac Sacrarum Reliquiarum, mira-
cula, vigilias, excepta vigilia Paſchatis, ieiunia,
virginitatem, Sacerdotum cælibatum, volunta-
riam paupertatis profeſſionem, Monaſticam
vitam. *Hieronymus* contra Vigilantiũ Gennad.
de Scriptoribus Eccl, cap. 35. *Gualtherus* ſe-
culo 5. cap. 2.

Ruffinus Presbyter ſub hoc tempus negans pecca- 412
tum originale propagari in poſteros Adæ præ-
curſor fuit Pelagij, & Cæleſtij, vt obſeruat
Baron. an. 412.

Pelagius natione Brito ex Anglia, ſed in Ægypto
Monachus, iam ſenex factus, & voluptuarius
cœpit vagari in Oriente, & hæreſeos ſuæ ſe-
mina ſpargere iam inde ab anno 405. ſed ma- 405
niſeſtè hæreticus apparuit anno 413. eſto an- 413
tea Cęleſtius eius diſcipulus Carthagine dam-
natus fuerit. Aiebat autem Gratiam Dei non
eſſe neceſſariam ad merendam vitam æternam,
& liberum arbitrium poſſe ſuis viribus natura-
libus eam mereri, eſto gratia, ſi detur, id faci-
lius fiat; Gratiam verò illam, ſine qua nihil
boni facere poſſumus, eſſe naturam ipſam li-
beri arbitrij nobis ſine præcedentibus meritis
datam, eamq; iuuari ſolum per legem, aut do-
ctrinam, qua diſcimus quid facere, aut ſpera-
re debeamus. Gratiam verò per quàm à pec-
cato liberamur nobis ſecundùm merita noſtra
concedi Orationem inutilem eſſe, ſolumq; li-
berum arbitrium ſufficere ad conuerſionem,
Incrementum fidei, & perſeuerantiam: Iuſtos
poſt ſuſceptum baptiſmum, peccare amplius
non poſſe; paruulos non eſſe neceſſario bapti-
zandos, negabat enim peccatum originale.
Adamum etiam ſi non peccaſſet, moriturum
fuiſſe, nec Electorum, nec Reproborum nume-
rum determinatè à Deo ſciri, *S. Aug.* hær. 88.
& alibi, *Gualtherus* ſeculo 5. cap. 3. qui cap. 19.
exponit opinionem Semipelagianorum.

Cæleſtius diſcipulus poſtea Antelignanus Pelagij 413
eodem tempore Catholicos contra ſe Docto-
res excitauit præcipuè S. Auguſtinum.

Maximinus Arianorum Gothorum Epiſcopus in 422
Africa militantium, auſus eſt prouocare S. Au-
guſtinum ad diſputandum de fide, qui eum
tribus libris egregiè confutauit, extantque
in 6. tomo.

Abeliotarum hęreſim de neceſſitate ſeruandi vir-
ginitatem, ſibiq; tamen adoptandi liberos, vi-
de apud S. *Auguſtinum* hær. 87.

Theodorus Monachiſmi deſertor, luxuriæq; ſor- 427
dibus obrutus, fruſtra à S. Chryſoſtomo epiſt.
ad Theod. lapſum reuocatus, factus eſt Epi-
ſcopus Mopſueſtiæ, obijt anno Domini 427.
Negabat autem quidquam eſſe in Teſtamento
veteri, quod ad litteram ſpectaret ad Chriſtũ;
Chriſtũ verò conditorem quidem vniuerſitatis
fuiſſe, ſed non eſſe vnum de Trinitate. *Dionyſ.*
in Ep. ad Paſtorem. *Baron.* an. 427. & 435.

Diodorus Tarſenſis Epiſcopus olim Spiritus San- 428
cti impugnator, Macedonio deſerto reconci-
liatus Eccleſiæ, in alteram hæreſim prolapſus
eſt, aſſerens in Chriſto duas perſonas vnam
Diuinam nempe Filium Dei naturalem; alte-
ram ex ſemine Dauid, & Sancta Virgine na-
tam, quem Filium Dei eſſe dicebat non natu-
ra, ſed dignitate, auctoritate, & honoris æqua-
litate. *Cyrillus* de Incarnat. & epiſt. ad ſucceſs.
Leontius de Sectis act. 4.

Neſtorius Pauli Samoſateni nepos, diſcipuluſq; 428
Theodori Mopſueſteni, & Diodori Tarſenſis
ex Monacho Presbyter Antiochenus, ex Ger-
mania Oriundus, factus & Epiſcopus Conſtã-
tinopolitanus 10. Aprilis anno 428. ſtatim
Arianos perſequi cœpit. Pelagianis tamen fa-
uere, mox per ſe, & per Anaſtaſium Presbyte-
rum Iudaizantem hæreſim ſuam, quam occul-
tauerat prodidit ore blaſphemo aſſerendo IE-
SVM Chriſtum ex MARIA natum non fuiſſe
Deum, ſed Deiferum, merumq; hominem,
qui meruerit Diuinitati coniugi non perſona-
liter per vnionem hypoſtaticam, ſed aggrega-
tiuè per peculiarem diuinitatis inhabitationem
in ipſo, ac proinde MARIAM Virginem non
eſſe dicendam Θεοτόκον, ideſt *Deiparam*, ſed
Χριστοτόκον, ideſt *Chriſtiparam*, & in Euchari-
ſtia non contineri carnem Dei hominis, ſed
meri hominis, in quo vt in Templo Deus ha-

	Anni Christi.
bitat. *Theodoretus* lib. 5. *Proſper* in Chronico, ſub Conſulibus Tauro, & Felice, *Socrates* lib. 7. cap. 31. & 32. *Caſſianus* de Incarnat. Verb. lib. 1. *Euagrius* lib. 1. cap. 2. Acta in Synodo V. *Baronius* anno 428. Porrò Neſtorius damnatus eſt, ac depoſitus à Concilio Epheſino anno 431. & in exilium à Theodoſio miſſus 436. & vermibus linguam rodentibus extinctus anno 1440.	
Eutyches Presbyter, & Archimandrita, ſeu Abbas Monachorum Conſtantinopoli, qui laudatiſſimè Neſtorianos impugnauerat, adeo vehementer in dualitatem perſonarum in Chriſto inuectus eſt, vt in alterum extremum delapſus, negarit duas in Chriſto naturas; & prius quidem dixit Chriſtum non fuiſse nobis conſubſtantialem ſecundùm carnem, ſed de Cœlo corpus habuiſse, quod per Virginem MARIAM inſtar Solarium radiorum penetraſſe; poſtea verò abiecta hac opinione Manichæorum, & Apollinaris, dixit ante adunationem fuiſse in Chriſto duas naturas, ſed poſt adunationem vnam factam naturam, vel Verbum Dei immutabiliter conuerſum, & carnem factum non aſsumpta tamen carne ex Virgine. *Theodoretus* de hæreticor. fab. lib. 4. ſub finem. *Liberatus Diaconus* cap. 11. tomo 2. Concil. *Prateolus* verbo Eutychiani. Porrò Eutychetem defendere conatus eſt. Dioſcorus Epiſcopus Alexandrinus, de quo *Baronius* ad annum 448.	448
Petrus Fullo cognomento *Cnapheus* Epiſcopus Antiochenus intruſus, Theopaſchitarum hæreſim inuexit, excuſans ſe tamen, ac dicens non quidem totam Trinitatem paſsam eſse, ſed vnũ de Trinitate, nempe Filium, ſed in natura Diuina, aliter enim non putauit verificari poſſe Deum paſsum eſse, & mortuum pro nobis. Vide *Flauiani* Epiſtolam de hac re apud *Baronium* ad an. 483.	483
Xenaias Perſa ſeruus, Clericum ſe fingens cum ne baptizatus quidem eſset, factus eſt Epiſcopus Hieropolis à Petro Fullone dictitante conſecrationem eſse inſtar baptiſmi, aſseruit imagines Chriſti, & Sanctorum venerandas non eſse. *Nicephorus* lib. 16. c. 27.	485
Prædeſtinati hæretici, ex S. Auguſtini verbis perperam intellectis, aiebant omnia ex prædeſtinatione Diuina, ita pendere, vt nec bona opera prodeſsent ijs, qui præſcici eſsent ad damnationem, nec mala obeſsent prædeſtinatis ad vitam, inter quos erat Lucidus Presbyter, quẽ Fauſtus ad ſanam mentem reuocauit Epiſtola à Synodo Lugdunenſi approbata, quam recitat *Baronius* ad annum 490.	490
Deuterius Epiſcopus Arianus cum Conſtantinopoli quendam Barbatem baptizare cœpiſset hac fosmula: *Baptizetur Barbas in nomine Patris per Filium in Spiritu Sancto*, aqua ex Columbetra, ideſt Sacro Fonte euanuit. *Nicephorus* lib. 16. c. 35. *Theodorus lector*. *Prateolus* Deuterium vixiſse ait anno 493. ſed *Baronius* factum refert ad annum 506.	506
Angelitæ conuenientes in Alexandriæ locum nuncupatum Angelium, prædicabant in Patre Filio, ac Spiritu Sancto vnicam eſse ſubſiſtentiam. *Nicephorus* lib. 18. c. 49.	
Seuerus Monachus Seuerianorum author, Magiæ addictus, & deinde Epiſcopus Antiochenus, inter alias hæreſes aſseruit, Corpus Chriſti corruptibile fuiſse ex neceſſitate, non autem ſpontanea permiſſione, *Gualterus* ſeculo 6. cap. 2.	511
Iulianus Epiſcopus Halicarnaſseus *Phantaſiaſtarum* author, dixit Corpus Chriſti fuiſse incor-	515

	Anni Christi.
ruptibile ab initio, nec verè paſsum, mortuum &c. ſed ſolum apparenter, & phantaſticè, idemq; docuit *Gainus*, vide *Gualterum* ſeculo 6. cap. 3.	
Petrus Apameenſis Sanctorum nomina ex Tabulis Eccl. abraſit, eorumq; imagines ſuſtulit; Dioſcori tamen ſimulacrum venerans. Vide *Baronium* anno 518. nu. 46. ad 49.	518
Agnoitarum recentiorum author Themiſtius Alexandrinus Diaconus abſolutè dixit Chriſtum neſcire diem Iudicij ſupremi, ob illa Marci verba cap. 13. *De die autem illa vel hora &c.* & quia à Seuero audierat Chriſti Corpus eſse corruptibile, vnde inferebat aliqua ignoraſse. Ita *Liberatus* in Breuiario cap. 19. *Baronius* ad annum 519. & 535.	519
Tritheitarum author Io. Grammaticus Alexandrinus cognomento Philoponus, auſus eſt impugnare quartam Synodum Oecumenicam, & Reſurrectionem mortuorum in ijſdem corporibus; corrumpi enim tam materiam, quàm formam eorum, ideoq; animas alijs corporibus induendas; item in Trinitate tres Deos aſſerebat; denique duas naturas in Chriſto in vnam coaluiſse. *Suidas*, & *Nicephorus* lib. 18. cap. 48. *Leontius* de Sectis Act. 5. *Photius* in Bibliotheca.	535
Iacobitæ auctore Iacobo Syro ob tenuitatem dicto *Zanzalo* hæreſim ſuam conflarunt ex erroribus Eutychetis, Dioſcori, Cnaphei, Seueri; Deinde auctor fuit Sectæ *Armeniorum* mixtæ ex Arij, Apollinariſque erroribus; vide *Baronium* anno 535. *Gualtherum* Seculo 7. c. 8.	535
Monothelitæ, ſeu *Monophytitæ*, ſic dicti, quod vnicam in Chriſto voluntatem, & naturam aſſererent in Ægypto exorti ſunt ex Euthychiana, & Philoponiaca hæreſi, de quibus ſupra *Nicephor.* lib. 18. c. 52. & 53.	540
Chriſtolytæ ita dicti, quod Chriſtum diſsoluerent aſserentes eum anima, & corpore relictis in Inferno, ſola Diuinitate in cœlum aſcendiſse. *Damaſcenus* de hæreſibus verbo Chryſtolytæ.	540
Gnoſimachi, vt refert S. Damaſcenus de hæreſibus, ſcientiam omnem, ac eruditionem damnabant, Deum enim à nobis nil aliud requirere, quam bona opera.	600
Sergius Epiſcopus Conſtantinopol. anno 608. factus, Monothelitas promouit anno 629.	629
Cyrus Epiſcopus Alexandrinus prætextu tollendi diſſidia ſi duarum in Chriſto voluntatum, & operationum voces ſupprimerentur, ſanxit vt in eo diceretur fuiſse tantum θεανδρικὴν, ideſt *Deiurilis* voluntas, & operatio, ſed reuera Monothelitarũ hæreſi fauit *Baronius* an. 633. ex Actis Synodi Sextæ Act. 13.	633
Mahometis errores in Epitomen redactos, vide apud *Gualtherum* ſeculo 7. car. 7.	622
Armenorum errores inſtaurati duce Euchaaio Matacune ineunte ſeculo 7. vbi vide *Gualtherum* cap. 8. colligente 32. Capita hæreſum ab ijs aſsertarum.	710
Pyrrhus Patriarcha Conſtantinop. Cyri, & Monothelitarum propugnator in hæreſim, quam eiurarat, relapſus eſt anno 648. obijtq; 652. vbi vide *Baronium*.	648
Lampetiani teſte S. Damaſceno de hæreſibus vota omnia damnabant, & Religioſis aiebant permittendum eſse, vt in eodem Cœnobio, quilibet ea veſte vteretur, quæ cuiq; placeret.	650
Macarius Patriarcha Antiochenus non anno 559. vt *Prateolus*, ſed 677. vt *Baronius*, & *Gualtherus* notant, Romanæ Eccleſiæ bellum indixit Monothelitarum hæreſim, promouens, ſicut & *Theodorus* Patriarcha Conſtantinop. anno 678.	677

Anni Chriſti.

Maron Maronitarum Sectæ authôr, cum Euthy- 699
chete, Dioſcoro, Acephalis, vnam in Chriſto
naturam voluntatem, et operationem agnoſce-
bat, quæ Secta per annos 500. & ampliùs à
Catholicorum conſortio excluſa, tandem Ro-
manæ Eccleſiæ reconciliata eſt per Aimeri-
chum Patriarcham Antiochenum anno 1182.
itaq; Maronitarum Patriarcha interfuit Roma-
no Concilio ſub Innocentio III. anno 1215.
Prateol. verbo *Maronitæ, Volaterranus* lib. 11.
col. 330. *Baronius* anno 1182.

Iconoclaſtæ, ideſt Sacrarum Imaginum fracto- 726
res, ijdemq; *Iconomachi*, ideſt pugnantes ad-
uerſus cultum Sacrarum Imaginum, licet an-
tea præcurſores habuiſſent Iulianum, & Xe-
naiam, hoc tamen ſeculo ſub Imperatoribus 741
Græcis manifeſtiùs, & audaciùs graſſati ſunt
ſub Leone Iſaurico anno 726. Conſtantino
Copronymo anno 741. Leoneque IV. an-
no 776.

Adelberti Galli Sanctitatis famam apud vulgus 745
adepti, & auertentis Chriſtianos à peregrinan-
do ad limina Apoſtolorum, aſſerentiſq; ſe co-
gnoſcere diuinitus omnium ad ſe venientium
peccata, ideoq; non opus eſſe confeſſione, tan-
ta fuit peſtis, vt opus fuerit Synodo conuocata
à Zacharia Papa anno 745. cuius acta vide in
vita S. Bonifacij Epiſc. Moguntini, & in *Baro-
nio* anno 745.

Clemens Scotus natione, contemnebat Sacros Ca- 745
nones, & tractatus SS. Patrum, aiebatq; licere
Chriſtianis Iudæorum more fratris defuncti
viduam ducere in vxorem, Chriſtum adduxiſ-
ſe ab Inferis omnes tàm credulos, quàm incre-
dulos, & cultores Idolorum, & multa falſa de
Prædeſtinatione Dei: ideoq; damnatus cum
Adelberto in Concilio Romano à Zacharia Pa-
pa, & in Moguntino à S. Bonifacio, *Baronius*
anno 745.

Paulitiani ſub hoc tempus, authore Paulo, vt ha
bet *Sanderus* hær. 132. ſe tantum Chriſtianos
nominabant, Catholicos autem *Romanos*; Cru-
ci honorem; Sacerdotibus authoritatem nega-
bant; baptizandum aiebant hac forma: *Ego
ſum aqua viua*; & conſecrandum Euchariſti-
cè hac *Accipite, manducate, & bibite.*

Felix Epiſcopus Vrgellitanus, & poſtea *Elipan-* 794
dus Archiepiſcopus Toletanus Neſtorianiſ-
mum in Hiſpania ſuſcitarunt. *Baronius* an-
no 794.

Albanenſium 24. hæreſes recenſent *Prateolus* 800
Alph. Caſtr. & *Gualtherus* ſeculo 8. cap. 8. ex
diuerſis conflatas: eorum propria fuit vſuram
licitam eſſe, Iuramentum illicitum, mundum
nec cœpiſſe, nec deſiturum; Sacramenta ab
indigno collocata inualida eſſe, Eccleſiam non
poſſe noua præcepta condere, aut excommu-
nicare &c.

Claudius Epiſcopus Taurinenſis, Felicis Vrgelli- 825
tani diſcipulus, præter Neſtorianiſmum, fuit
etiam Iconomachus, immo, & Agiomachus
damnans inuocationem Sanctorum, & venera-
tionem Sacrarum Reliquiarum, & peregrina-
tiones ad loca Sancta, & baptiſmum niſi fron-
ti cum Crucis ſigno imprimatur. *Prateolus,
& Sanderus* hær. 134. *Baron.* anno 825.

Godeſcalcus, ſiue Belga, ſiue Gallus, damnatus
fuit in Synodo Maguntina anno 848. quod di-
xiſſet Deum non velle omnes homines ſaluos
fieri, & Chriſtum mortuum eſſe ſolum pro
prædeſtinatis ad vitam. *Baron.* anno 848. *Gual-
terus* ſec. 9. cap. 3.

Photij Græcorum Schiſmaticorum anteſignani 850
errores, ſeu hæres 25. enumerat *Gualtherus* ſe-
culo 9. cap. 14. videlicet Spiritum Sanctum non
procedere à Filio, animas nec beatas eſſe, nec
damnatas ante diem Iudicij; Purgatorium
non eſſe; inimicos decipi poſſe mendacio, ac
periurio; nuptias ſecundas illicitas eſſe, ma-
trimonia diſſolui poſſe pro arbitrio, nec vſu-
ram, nce fornicationem ſimplicem, nec rerum
Sacrarum venditionem peccatum eſſe, reba-
ptizandos, qui à Latinis baptizati fuerint, ne-
minem ante 8. dies baptizandum; Euchari-
ſtiam non poſſe in azymo confici, aquam vi-
no non miſcendam in Euchariſtia; Communi-
candum Laicis ſub vtraq; ſpecie; Euchariſtiam
dandam infantibus ſtatim poſt baptiſmum, &
in ea à malis non ſumi Corpus Chriſti, extre-
mam vnctionem nil prodeſſe ſanitati corporis,
abſtinendum à ſuffocatis; primatum Eccleſiæ
non in Romano Pontifice, ſed in Patriarcha
Conſtantinop. agnoſcendum, Latinorum Ec-
cleſias claudendas eſſe.

Lutardus in Gallia contra Crucem, et decimas 1000
inſanire cœpit, et *Vilgardus* Grammaticus à
dæmonibus illuſus ipſi apparentibus ſub ſpe-
cie Virgilij, Horatij, et Iuuenalis, aſſerebat
per omnia credendum Poetis eſſe, vnde multos
errores diſſeminabat. *Glaber.* lib. 2. hiſtor.
cap. 11. et 12.

Berengarius Turonenſis, et poſtea Archidiaconus 1004
Andegauenſis, cum eſſet iunior, et in diſpu-
tando de rebus fidei identidem debitos limi-
tes tranſiliret, correptus fuit à Magiſtro ſuo
Fulberto Carnotenſi Epiſcopo, et indicia de-
dit ſuæ hæreſeos anno 1004. negans in Eucha-
riſtia eſſe verum Corpus, verumq; Sanguinem
Chriſti, ſed eſſe tantùm figuratè, ac ſimilitu-
dinariè: mortuo autem pijſſimo Rege Rober-
to, apertè hæreſim hanc cœpit promulgare
anno 1035. ſed reſiſtente Henrico Rege Fran- 1035
corum, obmutuit; rurſuſq; emergens excom-
municatus fuit à Leone IX in Concilio Roma-
no anno 1050. et in Turonenſi Concilio ſub
Victore II. hæreſim abiurauit anno 1055. ſed
mox reuerſus ad vomitum eſt, et à Nicolao II.
euocatus in Concilio Romano coram 113.
Epiſcopis hæreſim eiurat, libroſq; comburit
anno 1059. nactus autem facultatem ſcribendi,
non ſolum iterum hæreſim priſtinam reſum-
pſit, ſed alteram adiecit, negans Chriſtum in-
greſſum fuiſſe ad diſcipulos ianuis clauſis.
Rurſus ergo coactus eſt abiurare ſuas hæreſes
in Concilio Romano ſub Gregorio VII. anno
1079. obijtq; prope nonagenarius anno 1088.
die 6. Ianuarij, incertum, an verè pœnitens.
Baronius ad prædictos annos ex *Lanfranco*,
et alijs.

Heribertus, et Liſoius anno 1017. Manichæiſmũ 1017
in Gallia, et Hiſpania ſuſcitarunt, *Gualtherus*
ſeculo 11. cap. 2.

Simoniaca hæreſis graſſata eſt maximè ann. 1052. 1052

Reordinantes hæretici dicti, qui ordinatos à Si- 1054
moniacis aiebant eſſe reordinandos. *Gualthe-
rus* ſeculo 11. cap. 4.

Vrecelinorum, et Roſſeſſini hæreſes, vide in *Ba-
ronio* anno 1085. et 1094.

Durandus de Vualdach inter alia aſſeruit matri- 1117
monium eſſe occultam fornicationem, ideoq;
igni adiudicatus. *Prateolus.*

Marſilius Paduanus, teſte Prateolo, docuit poſt 1120
Chriſti Aſcenſionem neminem in terris fuiſſe
Chriſti Vicarium, nullam eſſe differentiam
inter Sacerdotes; Summum Pontificem iudi-
cari poſſe ab Impetatore; imò Imperatorem
Sede vacante poſſe ſuccedere Summo Pontifi-
ci; Eccleſiaſticos nulla bona temporalia poſſi-
dere poſſe.

Baſi-

Anni Christi.

Baſilij cuiuſdam 15. hæreſes circa hoc tempus 1122
numerat *Gualtherus* ſeculo 12. c.3.

Tanchelinus Antuerpiæ auſus eſt palàm aſſerere 1126
Epiſcoporum, & Sacerdotum miniſterium
nihil eſſe: Euchariſtiam ad ſalutem æternam
nihil prodeſse; adulteria,& ſtupra publica eſ-
ſe licita, *Hugo* in vita S. Northberti c.34. apud
Surium 6. Iunij, & *Baron.* ann. 1126.

Petrus de Bruis in Arelatenſi regione docuit 1128
paruulos ante vſum rationis non baptizan-
dos; Eccleſias ſuperuacaneas eſſe, ideoque
deſtruendas, Cruces confringendas, in Eucha-
riſtia non eſſe realiter Corpus Domini. *Pra-
teolus, Sanderus, Baronius.*

Petrus Abailardus aſserebat eſsentiam diuinam 1140
compoſitam eſse ex perſonis realiter ab ea di-
ſtinctis, & ſolum Patrem potentem eſse; ſo-
lum Filium ſapientem; ſolum Spiritum San-
ctum benignum; timorem Dei nullum fuiſse
in Chriſto, aut futurum in Sanctis poſt hanc
vitam; Spiritum Sanctum eſse animam mun-
di; Angelos quædam creaſse; aliquid eſse me-
dium inter creatorem, & creaturas,quod æter-
num fuerit. Sed prouocans ad diſputandum
S. Bernardum, & ab eo coactus obmuteſcere
Cluniacenſis Monachus factus Catholico fine
deceſſit. *Ex vita S. Bernardi*, *Baronio* ad an-
num 1140. *Prateolo* etc.

Arnoldus, ſeu Arnaldus de Brixia, diſcipulus 1140
Petri Abailardi, aiebat Clericos incapaces eſse
bonorum temporalium, & malè ſentiebat, ac
loquebatur de Altaris Auguſtiſs. Sacramento,
deque baptiſmo paruulorum, ob quæ accuſa-
tus anno 1139. in Concilio Lateranenſi, & an-
no 1140. cum magiſtro damnatus, nec reſipi-
ſcens ſub Hadriano Papa anno 1155. ignis ſup-
plicio ſublatus eſt: *Baron.* ad hos annos.

Gilbertus Porretanus Epiſc. Pictauienſis anno 1147
1147. apud Eugenium III. accuſatus fuit,quod
aſseruiſset eſsentiam Diuinam nõ eſſe Deum;
Perſonarum Diuinarum proprietates non eſse
ipſas perſonas, ſed res æternas ab eſsentia di-
uina differentes: Diuinitatem in Filio Dei
non fuiſse incarnatam, ſubijciens tamen has
propoſitiones, iudicio Sedis Apoſtolicæ, cui
acquieuit ſtatim, ac audiuit eas anno 1148.
damnatas in Concilio Rhemenſi ipſo Eugenio
præſidente; proinde permiſſus eſt redire ad
ſuum Epiſcopatum, nec propriè loquendo
fuit Hæreticus. *Sanderus* hær. 143. *Prateolus*
verbo Gilbertus. *Baronius* ad dictos annos. In
eodem Concilio damnati ſunt Pſeudoapoſtoli-
ci, de quibus *Gualtherus* ſeculo 12. c.11.

Patarenorum Secta ex Marſilij Paduani, & Ar- 1179
noldi hæreſibus coaluit, & Sanctorum inuoca-
tioni infenſiſſima fuit, vt ex multis authoribus
refert *Gualtherus* ſeculo 12. cap.10.

Vualdenſes qui, & *Pauperes de Lugduno* authore 1170
Vualdone Lugdunenſi, qui diuitijs ſuis in
pauperes erogatis aiebant, Sanctos neque co-
lendos, neque inuocandos eſse, Idololatriam
eſse colere imagines Chriſti, Templa omnia
ſubuertenda, confeſſionem auricularem tol-
lendam: Indulgentias nullas eſse, nec Purga-
torium, cantum Eccleſiaſticum, horas Cano-
nicas, extremam Vnctionem, Religioſos ordi-
nes, leges Eccleſiæ, ieiunia, ſepulturam in lo-
co Sacro reprobabant, Laicos iuſtos poſse con-
ſecrare Corpus Chriſti,& alia multa de quibus
Gualtherus ſeculo 12. cap.15.

Albigenſes Oliuario authore in Prouincia Tolo- 1176
ſana anno 1176. hæreſeos damnati à Gerardo
Epiſcopo Albienſi, deinde à S. Dominico &
prædicatione, & miraculis conuicti, tandemq; 1200
à Simone Comite Monfortio debellati ſunt:
eorum hæreſes 35. ex *Prateolo, Caſtrio, Sande-
ro*, collegit noſter *Iacobus Gualterus* in Chro-
nographia ſeculo 12. cap. 17. quarum ple-
ræq; Manicheiſmo plenæ erant: adducit etiam
Petrus Valliſsarnenſis in hiſtoria Albigen-
ſium.

Ioachimus Monachus Ciſtercienſis in Sicilia, & 1190
Abbas de Curacio, Prophetam ſe venditans
dixit Rogerio Regi Saladinum poſt annos 7. à
Chriſtianis vincendum, recuperandamq; Iero-
ſolymam, & alia quæ euentus declarauit falſo
prædicta eſse; in ſcriptis autem contra Petrum
Lombardum, dixit in Myſterio Sanctiſs. Tri-
nitatis eſsentiam generare eſſentiam, quæ pro-
poſitio damnata fuit in Concilio Lateranenſi
ſub Innocentio III. eius autem defenſor Petrus
Ioannes alios errores adiecit, animam rationa-
lem quatenus rationalis eſt,non eſse formã hu-
mani corporis; in Baptiſmo nec gratiam, nec
virtutes Theologicas infundi, Chriſtũ lancea
vulneratum dum adhuc viueret: Romam eſse
Babylonem, & Papam Antichriſtum: *Pra-
teolus*, *Alph. Caſtr.*

Almaricus Carnotenſis Doctor Pariſienſis an- 1204
no ferè 1204. negauit generationem, &
ſexuum differentiam in ſtatu innocentiæ futu-
ram; Beatorum viſionem Dei intuitiuam, Re-
ſurrectionem, Paradiſum, Infernum, Tran-
ſubſtantiationem Euchariſticam, inuocatio-
nem Sanctorum. Præterea dixit peccatum
mortale, ſi in Charitate fiat non eſse pecca-
tum, Ideas mentis Diuinæ fuiſse creatas, men-
tem contemplantium, aut Beatorum tranſmu-
tari de eſſe proprio,& redire in illud eſse idea-
le, quod habuerunt in mente Diuina: *Prate-
olus, & Caſtr.*

Dauid Diantius Almarici erroribus addidit, Deũ
eſse materiam primam: *Prateol.*

Guillelmus de S. Amore docuit cunctos teneri ad 1251
victum ſuis manibus quærendum, ideoque
Religioſos mendicantes ſaluari non poſse, il-
licitumque eſse abſq; neceſſitate renũciare om-
nibus, quæ poſſidet, vt liberius Deo ſeruiat:
ob quæ damnatus fuit ab Alexandro IV. Guil-
lelmo adhæſit *Deſiderius* Longobardus à S.
Thomæ opuſc. 19. confutatus.

Raymundus Lullus Maioricenſis viuebat anno 1290
1290. eius errores pluſquam 300. indicat Ei-
mericus in Directorio Inquiſit. & Bernardus
de Lutzemburgo cum ponit in Catalogo Hæ-
reticorum; aliqui tamen illum defendunt.
Bellarminus in Scriptoribus Eccl. ſuſpendit
ſuam ſententiam.

Flagellantes anno 1273. exorti inualuerunt anno 1273
1313. aſserebantque ad delenda peccata pluris 1313
eſse ſpontaneam flagellationem,quàm confeſ-
ſionem Sacramentalem, & Martyrio æquipa-
randam; neminem ſaluari poſse, niſi per fla-
gellationem Baptiſmo ſanguinis ſe baptiza-
ret; aquam benedictam nihil valere. *Prateol.
Caſtr. Gualtherus.*

Fraticelli authore *Hermano* Italo prodiere anno 1278
1278. Hermani autem cadauer exhumatum, &
ambuſtum eſt iuſsu Bonifacij Papæ anno
1297. docebant hi vxorum communionem, &
in ſpeluncis, ac latibulis poſt certas preces ex-
tinctis luminibus, cum ea quiſq; commiſceba-
tur, quæ illi propior extitiſset, reliquos eorum
errores vide in *Prateolo.*

Gerardus Sagarellus Parmenſis Pſeudoapoſtolo- 1296
rum Dux igni tandem adiudicatus, vota om-
nia improbans aiebat, maioris eſse meriti bona
opera ſine voto facta; iuramentum omne Chri-
ſtianis eſse illicitum; matrimonium diſsolui
poſse; Apoſtolis, eorumq; ſucceſsoribus non

licuiſse

	Anni Chriſti.
licuiſse habere pecuniam, aut aliquid ſeruare in craſtinum; Decimas non eſse ſoluendas; Eccleſias non conſecrandas; ſeque ſoli Chriſto immediatè ſubiectos eſse. *Prateolus* verbo Pſeudoapoſtoli, *Gualterus* ſec.13. cap.8.	
Beguardi, & *Beguinæ* ſub ſpecie Monaſticæ vitæ in Germania inferiori craſſiſſimas hęreſes, cum turpiſſima vita profitebantur, quas oportuit damnari in Concilio Oecumenico Viennenſi, eaſque recenſent *Prateolus*, & *Gualtherus* ſeculo 14. cap.1. horum præcipui fuere *Iacobus Iuſti, & Bonatus.*	1311
Dulcinus ſub idem tempus Clemente V. Pontifice ſub ſpecie charitatis, & odium proprietatis prætexendo, omni luxuriæ frena laxauit cõgregatiſq; ſex millibus hominum vtriuſq; ſexus in Alpibus belluinâ vitam ſub larua communitatis exercebat. *Prateol. Sanderus, Bernard. de Lutzemburg.*	1311
Templarij à priſtino vitæ inſtituto degenerantes in Crucis contemptum, Sodomiam, Idololatriam occultam, aliaſq; ſuperſtitiones delapſi, abolendi fuere: vide *Sanderum* hær. 157. & *Prateolum* verbo *Templarij*.	1311
Michael de Cæſena, & *Gulielmus Okam* aſſerentes diſcipulos Chriſti nihil debere habere ſuum, neq; particulariter, neq; in communi, damnati ſunt à Ioanne XXII. vide *Bellarminum* lib.3. de Romano Pontif. c.14.	1317
Lolhardus Vualtherus ſi Sandero, Trithemio, & Genebrardo ſtandum eſt, iam inde ab anno 1315. in Germania inferiore prodijt, & anno 1321. Coloniæ crematus eſt, quod dixiſſet Luciferum iniuſtè de cælo deturbatum, in cælum aliquando recipiendum eſse; contra verò S. Michaelem cum Sanctis Angelis ad inferos detrudendos; Deiparamque in partu non fuiſſe virginem, alioquin non hominem aiebat, ſed Angelum peperiſset; ſcelera, quæ ſub terra patrantur non videri à Deo, nec puniri.	1321
Ioannes de Poliaco Doctor Pariſienſis damnatus à Io. XXII. & coactus retractare quod dixiſſet, inualidam eſse Confeſſionem peccatorum factam Religioſis Mendicantibus, & ſtante Canone: *Omnes vtriuſque ſexus*, nec Pontificem, nec Deum ipſum poſse diſpenſare Parochianum ab annua peccatorum confeſſione proprio Parocho facienda, nec poſse generalem poteſtatem dare excipiendi confeſſiones ei, qui non ſit Parochus.	
Richardus Armacanus Hibernus infenſiſſimus Ordini S. Franciſci, aiebat indignum eſse Chriſtiano ſponte mendicare, & Sacerdotes quoſuis, abſente Epiſcopo, poſse conſecrare Chriſma, Ordines conferre, & alia Epiſcopalia munia obire: *Prateolus* verbo *Armacanus*, *Caſtr.* verbo *Sacerdotium.*	1360
Lollardi ex Anglia omnes benedictiones aquæ, & aliarum rerum Eccleſiaſticarum damnabant.	1360
Turelupini flammis addicti anno 1372. quod Beguardorum erroribus adderent, nihil pudere debere quenquam eorum, quæ à natura accepimus; nec eſse orandum voce, ſed corde tantum; ita Cynicorum more nudi incedebant, & palam turpiter coibant, *Prateolus Sand.*	1372
Ioannes Vvicleſſus Anglus Sacerdos conceptas hęreſes anno 1352. palàm euomuit anno 1380. quarum 45. recenſentur in Concilio Conſtantienſi tomo 4. ſeſſione 8. & 45. alias 15. colligit ex *Caſtrenſi*, *Gualtherus* ſeculo 14. cap.14. deiectus fuerat de præfectura an. 1377. obijt ex paralyſi deſperatus an. 1384. d.31. Maij.	1380
Ioannes Hus Bohemus cœpit hæreſes ſuas propalare anno ferè 1407. extant illæ damnatæ in *Concilio Conſtantienſi* Seſs. vlt. *Prateolo*, & *Sandero* hær. 170. promouit autem Huſſitas Ioannes Ziſcha dux *Thaboritarum* anno 1411.	1407
Pickardus anno 1414. ex Flandria Oriundus, Adamitarum hæreſim per Germaniam inſtaurauit.	1414
Hieronymus de Praga Huſſitarum hæreſim promouens ſimili ſupplicio affectus eſt, & Conſtantiæ concrematus, quod iniuſtè factum Ioannes Galecus Bohemus aſſerebat, idcircò reprobatur in Cancilio Baſileæ anno 1434.	1416 1434
Matthæus Palmerius Florentinus Chronici S. Proſperi continuator vſq; ad an. 1449. hæreſis conuictus ob ea, quæ de Angelis ſcripſerat; igni adiudicatus eſt. *Genebrardus* in Chronico ex Trithemio.	1449
Petrus de Oſma Theologus Salmanticenſis, docens Confeſſionem peccatorum non ex Diuina inſtitutione eſse, ſed humanum inuentum, damnatus fuit à Sixto IV.	1475
Hermani Rißuich Hollandi ſtolidas hæreſes piget referre, vide *Prateolum*, & *Gualtherum* ſeculo 15. cap.15.	1480
Martinus Lutherus Islebij in Saxonia d.22. Octobris natus anno 1483. & fulmine afflatus in itinere, quo Sodalis eius perijt, terrore actus Ordinem S. Auguſtini anno 1504. ingreſsus eſt: occaſione Indulgentiarum quarum promulgationem in Germania inuidit Patribus Dominicanis, cœpit in Indulgentias, ac Pontificem debacchari, & hæreſes ſuas propalare anno 1517. Anno autem 1525. cum Catharina Sanctimoniali excucullatus] nuptias celebrauit, & d.17. Febr. anni 1546. repertus eſt in lecto ſuffocatus, cùm veſperi bene potus, atq; hilaris decubuiſset. Eius innumerabiles hæreſes Scriptores diligentiſſimos fatigarunt; pręcipuas tamen 78. recenſuit noſter *Iacobus Gualtherus* initio ſeculi 16. cap.1.	1517
Iacobus Præpoſitus Auguſtinianus Lutheraniſmum repudiauit anno 1523. ſed in eum relapſus multos fratres conuentus Antuerpienſis in errorem induxit: Ideoq; iuſſu Hadriani Vveorum Cœnobium funditus ſubuerſum eſt: *Prateol.* & *Bernard. Lutzemb.*	1523
Anabaptiſtæ anno 1524. authore Nicolao Stokio Lutherano, & Balthaſſare Pacimontano, ac Thoma Muntzero prædicabât Baptiſmum Infantum inualidum eſse, eoſq; rebaptizandos quando ad vſum rationis peruenerint; reliquas hæreſes, ac turpitudines eorum, vide in *Gualthero* ſeculo 16. cap.3. vbi, & de *Philippo Melancthone*, & cap.4. vbi *de Andrea Caroloſtadio* Sacramentario anno 1524. & cap.5. vbi de *Ioanne Oecolampadio* olim Monacho S. Brigittæ in Germania, & prius Lutherano, deinde Antilutherano, & Sacramentario anno 1525. de Libertinæ Sectæ authorib. & c. 8. vbi de *Georgio Dauide* vitriario nato anno 1501. qui hæreſes ſuas cœpit diſseminare in Friſia ann. 1525.	1523 1525
Hulricus Zuinglius Canonicus Conſtantienſis Caroloſtadij diſcipulus, ac Sacramentarius, iam inde ab anno 1525. apparuit: perijt in prælio contra Catholicos anno 1531. cuius cadauer poſtea combuſtum eſt; Indulgentias, gratiæ neceſſitatem negauit; itemq; peccatum originale dicens eſse merum naturæ morbum. *Prateolus*, & *Sanderus.*	1525
Philippus Melancthon Brette in Palatinatu inferiori natus, docuit Vuitembergæ annos 42. à Luthero diſceſſit anno 1530. & Mollium Lutheranorum anteſignanus fuit; cum è contrario *Matthias Flaccus Illyricus* eius diſcipulus, fuerit caput Rigidorum Lutheranorum; Confeſſionem Auguſtanam conſcripſit; obijtque	1530

Aprili

Anni Chriſti.

Aprili anni 1560. clamans: *Bone Deus video totum mundum plenum Ieſuitis*. Eius præcipuè errores fuere, Deum authorem fuiſse adulterij Dauidici, & proditionis Iudæ; nullum aliud peccatum eſse, quàm incredulitatem; fidem Catholicam in hoc vno conſiſtere, vt quisq; credat ſibi dimiſsa eſse peccata; nihil intereſse inter Conſilium, & præceptum: naturæ ſolius viribus poſse nos diſponere ad recipiendam gratiam; bona opera non mereri vitam æternam, ſed præmium temporale, *Prateolus, Sanderus.*

Martinus Bucerus Argentinenſis, olim Iudæus, Ordinis S. Dominici deſertor, defecit ad Sacramentarios, deinde Luthero non Zuinglio adhæſit, demumque tertiam Sectam erigere conatus eſt, quæ Sacramentarios, cum Lutheranis conciliaret, dicens Chriſti Corpus eſse in Euchariſtia, tunc tantũ cum ſuſcipitur alias vero non: Infantes baptizatos non ſaluari: baptiſmo non tolli concupiſcentiam, quam peccatum vocabat: nullum eſse peccatum præter incredulitatem; Sacerdotes non teneri ad cælibatum; credendum cuiq; firmiter ſe eſse in Dei gratia; deceſſit in Anglia an. 1551. negans Meſſiam adhuc veniſse; oſsa eius ibidem concremata ſunt anno 1557. is eſt, qui aiebat: *Tolle Thomam Aquinatem in diſcipulo Eccleſiam.* — 1530

Ioannes Vueſtphalus conuictus eſt anno 1533. hæreſum 17. negabat enim Spiritum Sanctum à Filio procedere, Eccleſiæq; infallibilitatem, Vicarium Chriſti, poteſtatem Eccleſiæ condendi leges; Ordines Religioſos improbabat; non differre Epiſcopos ab alijs Sacerdotibus aquam luſtralem, aut Indulgentias vim vllam habere, nullam eſse neceſſitatem ieiunandi, aut Sacerdotibus caſtitatem ſeruandi; incertumq; eſse vt Chriſtus clauis potius, quam funibus fuerit affixus. *Prateol. & Bernard. Lutzemburg.* — 1533

Balthaßar Pacimontanus an. 1534. Anabaptiſtarum Sectam inſtaurauit. *Prateol.* — 1534

Guilelmus Farellus Vapinci in Delphinatu ortus, Sacramentarius fuit, itemq; Pauli Samoſatemi hæreſim ſuſcitauit Geneuæ, à qua pulſus per Caluinum, obijt 1565. — 1534

Michael Seruetus Hiſpanus anno 1538. docere cœpit vnicam in Trinitate perſonam, vnicam in Chriſto naturam: Baptiſmum non conferendum niſi anno ætatis 30. Deum in lapide, lapidem eſse, in arbore, arborem &c. *Prateol.* & *Sanderus* hær. 227. — 1538

Ioannes Bretius Semilutheranus anno 1540. docuit concupiſcentiam relictam poſt Baptiſmũ, eſſe verè, ac propriè peccatum, Euangelium eſſe bonum nuncium, ſed non legem: Tranſubſtantiationem Euchariſticam nullam eſse; ſed Corpus Chriſti poſt Aſcenſionem eſſe, vbiq; vnde orta Secta *Vbiquetariorum*, *Prateol. Sander.* hær. 205. — 1540

Ioannes Cauuinus Nouioduni in Picardia natus 10. Iulij anni 1509. ex Gerardo Cauuino, licet communiter dictus ſit *Caluinus*: Beneficium cum cura obtinuit in pago Nouiodunenſi, qui Pons Epiſcopi dicitur; Anno 1534. Liliatus ob crimen peſſimum Gallia excedere coactus eſt, teſte Hieronymo Bolſeco in Vita Caluini c. 5. in Italiam profectus Geneuam ſe contulit, vbi anno 1536. ſuam confeſſionem, & Cathechiſmum componit; inde iuſsus inter horas 24. excedere, Baſileam, & inde Argentinam migrauit. Geneuam reuocatus eſt anno 1541. ordinem, ac diſciplinam ſuam inſtituit ibi ab anno 1548. quo obijt Ideleta Buræa eius vxor) viduus manſit, vſque ad annum 1564. quo poſt vltimam Inſtitutionem anno 1559. Gallicè cõſcriptam, calculo podagra, hæmorrhoidæ, phthiſi, aſtmate, hemicrania, fluxione corroſiua, & ſanguinis excreatione pediculis, ac vermibus corpus eius, ac præcipuè anum, & verenda cum vlcere peſſimo corrodentibus; in rabiem actus, ac dæmones inuocans, maledicenſque horæ qua ſtudere, ac ſcribere cæperat, fœtidam in orcifauces exhalauit animam, vt narrat *Bolſecus* c. 22. Caluini hæreſum potiſſima capita Centum, fideliter ex Caluini, & diſcipulorum eius verbis, refert *Iacobus Gualtherus* in Chronographia ſeculo 16. cap. 15. — 1536, 1541

Carolus Molineus Iuriſprudens, ſed imprudentiſſimus auſus eſt dicere Chriſtum natum eſſe ex Deipara, reſerato ipſius vtero, vt refert *Sanderus* hær. 219. — 1570

Petrus Vermillus Florentinus cognomento adſcititio Martyr Canonicus Regularis, negauit poſſe Deum facere, vt Chriſti Corpus ſit in pluribus locis. — 1549

Sebaſtianus Caſtellio dixit poſse quemuis ſequi Sectam, aut Religionem, quamcunq; voluerit. Cantica Canticorum cum Anabaptiſtis, fuiſse amatoriam, ac profanam cantilenam Salomonis cum ſua amaſia. *Sanderus* hær. 190. *Beza* in vita Caluini. — 1550

Henricus Bullengerus Zuinglianus anno 1549. præfatione in Apocalypſim, docuit Antichriſtum iam veniſse in Romanis Pontificibus, & S. Io. Euangeliſtam Idololatram fuiſse adorando Angelum, deceſſit Tiguri anno 1575. *Florimundus, Raymundus de Orig.* hær. l. 3. c. 5. — 1549

Guillelmus Poſtellus anno 1550. ſcripſit quædam erronea, admiſus deinde in Societatem, & dimiſsus fuit, obijtq; centenario maior, & vt fertur, fine Catholico: plura de hoc *Gualtherus* ſeculo 16. cap. 25. & *Daniel Bartolus* in vita Sancti Patris noſtri Ignatij. — 1550

Theodorus Beza obſcæniſſimus Caluiniſta natus Vezelij in Burgundia anno 1519. cœpit infeſtare Eccleſiam anno 1550. eiecit animam Geneuæ d. 23. Octob. anno 1603. auſus eſt in primis negare Deo potentiam ponendi Chriſti Corpus in pluribus locis, & omnipotentiam, niſi poſſit impellere ad peccatum; aſseruit inſuper omnia peccata reproborum eſse mortalia, electorum verò omnia venialia Satanam præſediſse Sacris Concilijs; Sanctos non eſse inuocandos; minimèq; Beatiſs. Virginem MARIAM; & tamen Caluinum non dubitauit appellari quaſi os Domini, & maximum lumen Vniuerſi. *Prateol. Sander. Florimund.* — 1550

Centuriæ Magdeburgenſium authore Matthia Flacco Illyrico promulgatæ ſunt anno 1560. — 1560

Gregorius Paulus Trinitariorum author, fuit Cracouienſis miniſter, & anno 1564. ſeminauit errores ſuos in Polonia, de quibus *Prateolus* verbo *Deiſtæ, & Trinitarij.* — 1564

Samſon Caluiniſta Puritanorum author in Anglia anno 1565. voluit cœteris purior exiſtimari, ideoq; noluit conuenire, orare, baptizare in ijs locis, quæ alias Catholico ritu fuere conſecrata, nec Sacerdotali habitu indui. — 1565

CATALOGVS III.

HAERESIARCHAE &c. ORDINE ALPHABETICO.

A	Anni Chriſti.
Abeliſtæ.	424
Abſtinentes.	289
Adamitæ.	176
Agnoitæ.	370 & 519
Agrippinus.	210
Albigenſes.	1176
Albanenſes.	800
Aldebertus Gallus.	745
Alexander Ærarius.	55
Almaricus Carnotenſis.	1204
Alogi.	194
Anabaptiſtæ antiqui.	201 & 210
Anabaptiſtæ recentes.	1523
Angelici.	256
Angelitæ.	508
Apelles.	160
Apollinaris.	373
Apoſtolici.	261
Aquarij.	255
Arabici.	204
Archontici.	176
Arius Alexandrinus.	315
Arnaldus de Brixia.	1140
Audæus, ſeu Audiani.	340
Armeni.	700

B	
Balthaſſar Pacimontanus.	1534
Bardeſanes Meſopot.	175
Baſilides.	117
Baſilius.	1122
Baſſus.	145
Beguardi, & Beguinæ.	1311
Berengarius Turonenſis.	1004
Blaſtus Quartadecimanus.	180
Bonoſus.	400
Brentius, vide *Ioannes*.	1540
Bullengerus, vide *Henricus*.	

C	
Caius, vnde Caiani.	144
Carolus Molinæus.	1570
Caroloſtadius *vide* Andreas.	1500
Carpocras, ſeu Carpocrates.	120
Cataphriæ Montaniſtæ.	142
Cathari.	254
Cæleſtus Pelagianus.	413
Cerinthus, ſeu Cherinthus.	70
Cerdo.	155
Chiliaſtæ, ſeu Millenarij.	264
Chryſolitæ.	540
Claudius Taurinenſis.	825
Clemens Scotus.	745
Colluthus Alexandrinus.	315
Collyridiani.	373
Cyrus Monothelita.	633

D	Anni Chriſti.
Dauid Chytreus.	1580
Dauid Dinantus.	1208
Deuterius.	506
Diodorus Tartenſis.	428
Dioſcorus Alexandrinus.	448
Diſcalceati.	400
Donatus.	306
Dulcinus.	1311
Durandus de Vualdac.	1117

E	
Ebion.	70
Elceſaitæ.	240
Encratitæ.	172
Eunomius.	360
Euchitæ.	361
Euſtatius.	361
Eutyches.	448

F	
Fauſtus Manichæus.	404
Felix Monachus.	404
Felix Epiſc. Vrgellitanus.	794
Flagellantium Secta.	1273
Florinus Presbyter.	180
Fortunatus Manichæus.	404
Fraticelli.	1278

G	
Gerardus Sagarellus.	1296
Gilbertus Porrettanus	1147
Gnoſimachi.	600
Gnoſtici Nicolaitæ.	70
Godeſcalcus.	848
Gregorius Paulus.	1564
Guillelmus Facellus.	1534
Guillelmus Poſtellus.	1550
Guillelmus de S. Amore.	1251

H	
Heluidius.	382
Heracbeon.	153
Heribertus Manichæus.	1017
Hermannus Ryſuich.	1480
Hermogenes.	165
Henricus Bullegerus.	1549
Hulricus Zuinglius.	1525
Hymeneus.	55
Hieronymus de Praga.	1416

I	Anni Chriſti.
Iacobitæ.	535
Iacobus Præpoſitus.	1523
Iconoclaſtæ.	726
Ioachimus Abbas.	1190
Ioannes Brentius.	1540
Ioannes Caluinus.	1536
Io. Huſs Bohemus.	1407
Ioannes de Voliaco.	1323
Ioannes Veſtphalus.	1535
Ioannes Vuiclephi.	1380
Iouinianus.	382
Iulianus Phantaſiaſta.	505
Iudas Iſcariotes.	32

K	
Kemnitius Martinus.	1560

L	
Lampetiani.	650
Lolharius Vualtherus.	1317
Lucanus Cerdoniſta.	155
Lutardus Gallus.	1000

M	
Macedonius.	360
Macharius Antioch.	677
Manes Manicheorum author	277
Marcion.	160
Marcus Marcitarum.	150
Maron, Maronitæ.	699
Marſilius Paduanus.	1120
Martinus Bucerus.	1530
Martinus Lutherus.	1517
Matthæus Palmerius.	1449
Matthæus Paris.	
Matthias Flaccus Illyricus.	
Maximinus Arianus.	442
Melchiſedechiani.	195
Meletius Lycopolitanus.	306
Menander.	68
Meſſaliani.	361
Michael de Cæſena.	1317
Michael Seruetus.	1538
Monarchici.	200
Monothelitæ circa	540
Montanus.	142
Monachici, vide *Praxeas*.	200

N	
Nazaræi.	140
Neſtorius.	428
Nicolaitæ.	70
Nouatianus.	254
Nouatus.	250

O	
Ophitæ.	143
Origenes.	220

P.	Anni Chriſti.
Paulictani.	750
Paulus Samoſatenus.	265
Parmeniani.	400
Patareni.	370
Paterniani.	1179
Pelagius.	413
Potilianus.	410
Petrus Abailardus.	1140
Petrus Apamenſis.	518
Petrus de Bruis.	1126
Petrus de Oſma.	1475
Petrus Fulla.	483
Petrus Vermillius.	1549
Photinus.	342
Photius Schiſmaticus.	850
Philetus.	55
Philippus Melanchthon.	1530
Praxeas.	200
Prædeſtinati.	490
Priſcillianus.	381
Prodicus Adamita.	176
Ptolemeus Valentini.	146
Pyrrhus Ep. Conſtantinop.	648
Pichardus.	1414
Q	
Quartadecimani.	180

R	Anni Chriſti.
Raymundus Lullus.	1290
Reordinantes.	1054
Rhetorius.	370
Richardus Armacanus.	1360
Ruffinus Presbyter.	402
Rogatus.	400
S	
Sabellius.	260
Sabbathius.	400
Sampſon Caluiniſta.	1565
Sebaſtianus Caſtellio.	1550
Seleuciani.	375
Sergius Epiſc. Conſtant.	629
Sethiani.	145
Seuerus Tatianiſta.	174
Simon Magus.	35
Symmachus Samarita.	202
T	
Tanchelinus.	1126
Tatianus.	172
Templarij.	1311
Tertullianus.	201
Thebutes.	42
Theodorus Beza.	1550

	Anni Chriſti.
Theodorus Mopſueſtenus.	427
Theodotus Argentarius.	195
Theodotus Byzantinus.	194
Theophronius.	370
Tritheitæ.	535
Turolupini.	1372
V	
Valentinus.	140
Valeſius Eunuchus.	249
Vigilantius.	406
Valdenſes.	1170
X	
Xenaias.	485
Y	
Z	
Zvinglius.	1525

CATALOGVS IV.

CONCILIA GENERALIA, PROVINCIALIA, ET PARTICVLARIA ORDINE TEMPORVM SERVATO,

Ex Tomis Conciliorum, Annalibus Eccleſiaſticis, ac multis Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Scriptoribus, alijſq; Auctoribus ſuo loco nominandis.

Anni Chriſti.	
49	Primum Concilium *Ieroſolymitanum* ab Apoſtolis celebratum, de quo in Actibus Apoſtolorum cap. 15. & in Epiſtola ad Galatas cap. 2. quod factum anno Domini 49. oſtendimus Tomo I. Chronolog. Reformatæ lib. 9. cap. 2. num. 6.
171	Concilia multa in *Græcia* celebrata fuiſſe contra Montanum, Priſcam, & Maximillam, colligit *Baronius* hoc anno, qui ipſi eſt 173.
196	*Cæſareæ* in Palæſtina Concilium Prouinciale cecebratum præſidente Theophilo Epiſcopo Cæſarienſi, & Narcyſſo Epiſcopo Ieroſolymitano, authoritate Victoris Papæ, de legitimo celebrandi Paſchatis die, ex *Euſebio* lib. 5. hiſt. Eccl. cap. 22. *Beda* libro de Æquinoctio Verno, *Baronio* ad annum 198. qui primis tribus ſeculis biennio plerumq; excedit annos Chriſti, quos veriores putamus iuxta dicta Tomo I. lib. 8.
200	*Romanum* ſub Victore pro die Paſchatis: ex *Euſebio* lib. 5. hiſt. Eccl. c. 23.
215	*Africanum* ſub Agrippino Epiſc. Cartgagin. qui baptiſmum hæreticorum iterandum cenſuit, ſed erroneè *Baronius* ad annum 217.
240	*Africanum* Epiſcoporum 90. conuocatum à Donato Epiſcopo Carthag. cuntra varios errores Priuati hæretici: *Baronius* ad annum 241.
241	*Arabicum* contra Beryllum negantem Chriſtum ante Incarnationem fuiſſe: *Baronius* an. 129. & 243.
247	*Arabicum* contra errorem aſſerentium animas hominum reſurrecturas quidem die Iudicij, ſed interim mori cum corporibus: ex *Euſebio* lib. 6. cap. 30.
251	*Romanum* vacante Sede in cauſa Lapſorum: *Baronius* anno 253.
252	*Africanum* Carthagine à S. Cypriano conuocatum in cauſa Lapſorum, & contra Feliciſſimum, alioſq; quinque Schiſmaticos: *Baronius* anno 254.
252	*Romanum* Epiſcoporum 60. contra Nouatianum negantem lapſos in fide quantumuis pœnitentes admittendos in Eccleſia: *Baronius* anno 255. ſed ex nota Conſulum pertinet ad hunc annum.
253	*Antiochena* Synodus aduerſus Schiſma Nouatiani: *Baronius* anno 255.
253	*Romanum*, de quo in Tomo I. Conciliorum fol. mihi 369.
255	*Africanum* ſub Cypriano, de quo *Baronius* anno 257.
256	*Carthaginenſe* de Hæreticorum Baptiſmo, & Romanum ſub Stephano de nõ rebaptizandis &c. *Baronius* anno 258. reprobatum à Stephano Papa

Anni Chriſti.

Papa, ex S. Aug. lib. 5. de Baptiſmo c. 23.

258 *Iconienſe* contra Cataphrygas.

260 *Romanum* ſub Cornelio: *Euſeb.* lib. 5. cap. 23. fortè anno 258.

261 *Neocæſarienſe* Prouinciale à S. Gregorio Thaumaturgo celebratum.

264 *Antiochenum* contra Paulum Samoſatenum negantem in Chriſto fuiſse naturam Diuinam: vide *Baronium* ad annum 266.

271 *Antiochenum II.* contra Paulum Samoſatenum, de quo *Baronius* anno 272.

303 *Cirtenſe* Concilium Prouinc. in Numidia, de cauſa Traditorum, ideſt eorum qui Sacros libros Gentilibus tradiderant comburendos: *Baron.* ad hunc annum.

303 *Sinueſſana* Synodus in Crypta Cleopatrenſi Epiſcoporum 300. & Præsbyterorum Romanorum 30. in cauſa Marcellini Papæ, qui 28. teſtibus ferebatur ad inſtantiam Vrbani Pontificis Capitolini, ſuaſuque Diocletiani Imperatoris thurificaſſe Iſidi, & Veſtæ, imò & Herculi, & Ioui, & Saturno: Quamuis Marcellinus dixerit: *Non dijs ſacrificaui, ſed tantum grana leuatis manibus ſuper prunas combuſſi.* Quia verò Synodus non eſt auſa ipſum condemnare, ſed dixit. *Tuo te ore iudica, nemo enim vnquam iudicauit Pontificem, nec præſul Sacerdotem Summum, quoniam prima ſedes non iudicabitur à quoquam.* Dicitur ipſemet ſe ore ſuo condemnaſſe, & anathema ſibi inflixiſſe per formulam *Maranatha*; vnde Tomo I. Conciliorum pag. 446. concluditur. *Damnatus autem eſt Marcellinus Epiſcopus ſuo iudicio X. Kal. Sept. Diocletiano VIII. & Maximiniano VII. Coſs.* Idem ſupponitur in Breuiario Romano ad diem 26. Aprilis, vbi additur pœnitentia, & martyrium quo poſtea Marcellinus ad imitationem Petri Apoſtoli priorem culpam diluit; eſto *Baronius* ad hunc annum reuocet hanc hiſtoriam in ſuſpicione figmenti concinnati à Donatiſtis.

305 *Eliberitana* Synodus in Baetica de cauſa Lapſorum in fide: *Baronius* ad hunc annum.

308 *Africana* Pſeudoſynodus Epiſcoporum 270. Schiſmaticorum, & Traditorum, de qua S. Auguſtinus Epiſtola 48. dicens fuiſſe ſub Euſebio Papa, ergo falluntur hæretici recentiores, dum illam confundunt cum Carthaginenſi primo, quod fuit ſub Silueſtro Papa.

308 vel potius. 314 *Anciranum* Concilium Prouinciale in Galatia celebratum circa annum 308. Epiſcoporum 18. in quo præcipuè actum de lapſis tempore perſecutionis, ſiue immolaſſent, ſiue thus adoleuiſſent Idolis, ſiue in eorum templis cœnaſſent &c Quod probatum eſt, & ſæpè citatur in Iure Canonico. *Baronius* autem cenſet celebratum potiùs anno 314. opera Vitalis Epiſcopi Antiocheni, quia extincto Maximino hoc anno, cœpta ſunt frequentari Epiſcoporum Concilia, teſte *Euſebio* lib. 10. cap. 3. & 9.

315 *Neocæſarienſe* Concilium Prouinciale in Cappadocia Epiſcoporum 17. probatum à Leone IV. diſt. 20. cap. de libellis: eius Canones recitantur in primo Tomo Conciliorum edito Venetijs anno 1585. & à *Baronio*, qui hoc factum putat anno 314. ſtatim ferè poſt Ancyranum.

313 *Romanum* ſub Melchiade in Laterano Conſtantino III. & Licinio III. Coſs. 6. Nonas Octobris feria 6. Epiſcoporum 19. vbi abſolutus eſt Cæcilianus, & Donatus damnatus, ex *Optato Mileuitano* lib. I.

313 *Eliberinum* Prouinciale prope Granatam Epiſcoporum 19. in hunc annum ab Onuphrio coniectum; quod non vſquequaq; ab Eccleſia receptum eſt, præſertim ob Canones 34. & 36. quos vide in *I. Tomo Concil.* edit. Venetæ pag. 600.

314 *Arelatenſe* Concilium iuſſu Conſtantini, ad quem Donatiſtæ appellarant à Romano Concilio contra Cæcilianum, fuitq; Epiſcoporum 200. Voluſiano, & Aniano Conſulibus, cui interfuit ipſe Conſtantinus Imperator, & Cæcilianus iterum abſolutus: plura vide in *Baronio* ad hunc annum.

315 *Romæ* Synodus Conſtantino, & Licinio IV. Conſulibus præſidente Sylueſtro Papa Epiſcoporum 75. & Iudæorum Sacerdotum 109. in qua diſceptatum de veriori Religione, & Iudæi Scripturis Sacris, ac miraculis conuicti, ex Actis Silueſtri, & alijs *Baronius* tom. 3.

315 *Alexandrina* Synodus, hoc aut certè non tardius, anno Epiſcoporum ferè 100. coacta ab Alexandro Epiſcopo, in qua Arius hæreſeos delatus, & in contumacia perſiſtens, exutus eſt presbyteratu, & excommunicatus. Etenim Arius cui Sacrarum Literarum interpretatio concredita erat, inuidens Alexandro ad Epiſcopatum euecto, & ſciens ab Alexandro doceri Filium Patri conſubſtantialem eſſe; ipſe e contrario cœpit in Eccleſia, & in circulis, ac per domos aſſirmare Filium Dei creatum, & factum eſse in tempore, & fuiſse tempus, quando non erat: ex *Theodoreto* lib. 1. cap. 2. & 3. *Epiphanio* hæreſi 69. confugit autem Arius ad Euſebium Epiſc. Nicomediæ.

319 *Alexandrina* Synodus ab Oſio congregata, in qua Sabelliani damnati, Colluthus in ordinem redactus: *Petauius in Chronico* ex Athanaſij Apologia II. & *Brietius* in Annalibus.

322 vel 324 *Gangrenſe* in Paphlagonia, cui interfuit Oſius Pontificis Legatus, Epiſcopor. 16. contra Euſtatium nuptias, & coniugia, & dominia rerum temporalium damnantem, ex *Socrate* l. 2. c. 27. & *Gratiano* hoc Concilium approbatum Leo IV. diſt. 20. C. de Libell. & Gratianus putat fuiſſe poſt Concilium Nicænum: *Baronius* autem tomo 3. pag. 737. cenſet pro Euſtathio ſcribendum Eutactum Monachum.

324 *Romanum* Concilium Criſpo, & Conſtantino III. Conſulibus Epiſcoporum 284. vt habent Acta Concilij, vel 230. vt Creſconiana collectio, ſuppeditante Conſtantino vehicula, & annonam, poſtquam iam baptizatus fuerat. Vbi damnati ſunt Hippolytus Diaconus Valentinianæ, & Calliſtus Sabellianæ hæreſis ſectator, & Victorinus Epiſcopus, qui receptos ab Eccleſia Paſchales Cyclos redarguere præſumpſerat.

325 NICÆNVM Concilium Oecumenicum Epiſcoporum 318 Silueſtri Papæ, & Conſtantini Magni authoritate in Nicæa Bithyniæ congregatum; intra hunc annum enim cœptum, & abſolutum fuiſse multis notis Chronologicis demonſtrauimus Tomo I. libro 9. cap. 4. in eo autem damnatus fuit Arius, & ſtabilita conſubſtantialitas Filij Dei cum Patre, atq; coæternitas; & contra Quartadecimannos decretum, vt Paſcha celebretur die Dominico. Plura de hoc in I Tomo Concilior. edit. Venetæ à pag 492. & *Baronius* Tomo 3. ad annum 325. *Bellarminus* de Concilijs &c. illud notandum ab hoc Concilio. Scriptam Epiſtolam Synodicam ad Summum Pontificem Syluestrũ cum petitione confirmationis, quam ex Codice Colonienſi refert Surius in Tomo 1. Concilior. pag. mihi 569. vbi concluſio Epiſtolæ talis eſt. *Quidquid autem conſtituimus in Concilio Nicæno, precamur veſtri oris conſortio confirmetur. Oret Beatitudo tua pro vniuerſo Concilio.* Da-

Anni Chriſti.	
	to 8. Kalendas Iulias, accepta 13. Kal. Nouembris, Paulino, & Iuliano Summis Conſulibus. Ibidemq; ſubiungitur Reſcriptum Siluestri cõfirmantis Nicænam Synodum: agnoſcebant ergo Sanctiſſimi, ac Doctiſſimi illi Patres, Concilium eſse infra Papam.
325	*Romanum* Concilium Epiſcoporum 275. in quo confirmata Nicæna Synodus, & decretum de Paſchate die Dominico à Luna 14. vſq; ad 21. vt in Tomo 1. Concil. fol. 592. & in *Baronio* tom. 3. fol. 311.
334	*Tyrium* Conciliabulum Euſebianis à Conſtantino nimia facilitate conceſſum, contra S. Athanaſium, in quo ab Euſebianis ſeorſim, non à Catholicis damnatus eſt Athanaſius ex ipſius *Athanaſij* Apologia 2. qui Conſtantino annuente exulare iuſſus eſt.
336	*Conſtantinopolitana* Synodus iuſſu Conſtantini ad explorandam fidem Arij, qui eo vocatus eſt, ſed maior pars conſtabat ex Epiſcopis Euſebianis Ario fauentibus: reliqua vide in Baronio ad annum 336. Porrò Marcellus Ancyranus Epiſc. impulſu Euſebianorum exactus eſt.
337	*Romana* Synodus ſub Iulio Papa Epiſcoporum 116. Feliciano, & Titiano Conſulibus ibi rurſus damnata hæreſis Arij, & veræ fidei confeſſio inſtaurata eſt, extatq; in primo Tomo Conciliorum.
340	*Romana* Synodus ſub Iulio in Cauſa Athanaſij Epiſcoporum 50. vbi adfuit ipſe Athanaſius, ſecum ductis Iſidoro, & Ammonio viris mirandæ ſanctitatis, ſed aduerſarij, qui hoc ipſum Concilium poſtularant per annum, & ſex menſes non comparuere, & Athanaſius abſolutus eſt; *ex Athanaſij Apologia* 2. & *Actis Concilij* abſolutus autem fuit anno 341. & reuerſus Alexandriam ad ſuam Sedem.
341	*Antiochena* Synodus Epiſcoporũ 90. inter quos 36. erant Ariani, ſeu Euſebiani, occaſione dedicationis Templi Dominici à Conſtantino cœpti, & à Conſtantio perfecti, de hac Synodo ab Eccleſia non recepta fusè *Baronius* ad hunc annum.
342	*Romæ* altera Synodus ſub Iulio, qua reſponſum eſt Euſebianis. *Baron.* hoc anno.
344	*Antiochena* Synodus altera, in qua Euſebiani ne Ariani viderentur, prolixioris formulæ ambagibus ſuam opinionem inuoluere conati ſunt *Baronius* anno 344.
346	*Agrippinenſis* Synodus de qua in primo tomo Concilior cõtra Euphratem Epiſcopum Arianum, reuocatur in dubium à *Baronio* anno 346. multis de cauſis.
347	*Sardicenſe* Conciliũ in limitibus Myſiæ, & Thraciæ Epiſcoporum 370. iuſsu Iulij Papæ, & Conſtantij Imperatoris, in quo damnati Ariani, & Photinus, & iterum abſolutus Athanaſius celebratum eſt *Ruffino, & Euſebio Conſulibus anno* 11. *poſt mortem* Conſtantini Magni, vt notant *Socrates* l. 2. c. 15. & *Sozomenus* l. 3. cap. 11. vnde erroris redarguitur qui editioni Conciliorum Surij pagina mihi 653. præfixit huic Concilio Leontium, & Salluſtium Conſules, nempe anni 344. & æram 381. nempe anno 343. Nam inſcriptione illa carent Creſconiana collectio, & antiquiores editiones vt notat *Baronius*.
347	*Sardicenſe* Conciliabulum Arianorum, qui à Sardicenſis Concilio fuga elapſi conuenere Philippis, quæ eſt in Thracia, & ſuum conuenticulum Sardicenſis Concilij nomine obtegentes, contra ipſum tamen, *nomen conſubſtantiale* damnarunt & filium Patri diſſimilem eſſe, ſcriptis quoquo verſum litteris aſſeruerunt. Vide *Socratem* l. 2. c. 16. & *Sozomenum* lib. 3. cap. 10.
348	*Carthaginenſis* Synodus Prouincialis conuocata à Grato Epiſcopo Carthaginenſi contra Anabaptiſtas, & Donatiſtas, approbato à Leone IV. diſt. 20. C. de libellis ſed facta ſub Iulio Papa: & dicta *Prima* quia reliquarum Synodorum Carthagine celebratarum Acta perierunt: & hæc eſt Prima cuius extant Acta, vt notauit *Baron.*
351	*Sirmienſis* Synodus in qua Photini hęreſis damnata iterum poſt Sardicenſem Synodum, vt colligit *Petauius* in Chronico ex Hilario libro de Synodis Virgilio lib. 5. contra Eutych. & Epiphanio hæreſi 71. & 73.
350	*Mediolanenſe* Concilium, de quo *Athanaſius* de Synodis, vbi de Vrſacij, & Valentis pœnitentia, & *Baronius* ad hunc annum.
350	*Hieroſolymitanum* Concilium ſub Maximo Epiſcopo cui interfuit S. Athanaſius.
353	*Arelatenſe* Concilium Liberio per legatos id ſuadente Conſtantio Imperatori, in quo Concilio Athanaſij damnationi ſubſcripſere, imperante id Conſtantio Vincentius Legatus Apoſtolicus, & aliqui alij, quos nominat ipſe *Athanaſius* in Apologia ad Conſtantium.
355	*Mediolanenſe* Concilium Lolliano, & Arbetio Conſulibus factum ait Seuerus *Sulpicius* lib. 2. in quo Epiſcopi Occidentales pluſquam 300. teſte *Socrate* lib. 2. cap. 29. & *Sozomeno* lib. 4. cap. 8. Et ſi autem ab initio viſum eſt Concilium Eccleſiaſticum, quia Liberio Papa optante, & inde meliora ſperante congregatum eſt: iuſſu tamen Conſtantij Imp. pleriq; Epiſcopi compulſi ſunt ad ſubſcribendum damnationi Athanaſij: Vide ipſius *Athanaſij* Epiſtolam ad Solitarios, & *Acta* S. Euſebij Epiſcopi Vercellenſis.
356	*Biterrenſe* Conciliabulum apud Arelate, in quo factione Saturnini Epiſcopi Arelatenſis, ſed Ariani S. Hilarius Pictauienſis Epiſcopus in exilium miſſus eſt, vide *Hilarium* ipſum aduerſus Conſtantium, & de tempore Conciliabuli huius *Baronium* ad hunc annum 356.
357	*Sirmienſe* Conciliabolum iuſſu Conſtantij coactum, & ſuaſu Arianorum vt Photini hæreſim damnantes, qui negabat naturam diuinam in Chriſto, viderentur eſſe Catholici: Quod Conciliabulum hoc anno factum non autem 351. euincit *Baronius* ad initium anni 357. eſto *Petauius* in Chronico illud retrahat ad annum 351.
358	*Nicomedienſe* Concilium à Conſtantino Imper. indictum ad componenda diſſidia Arianorum, in Sirmienſi nata, ob triplicem fidei profeſſionem illic editam, ſed dum Epiſcopi eſſent in itinere nunciatum eſt Nicomediam cum ſuburbijs totam corruiſſe terræmotu ſub finem Auguſti, quo terræmotu oppreſsus eſt quoq; Cecropius Epiſcopus Euſebij ſucceſsor, & Ariana impietate infectus, ita diuinitus impeditum eſt hoc Concilium: de hoc terræmotu *Ammianus* lib. 17. *Sozomenus* l. 4. c. 15. & *Socrates* lib. 2. c. 31. qui ait id eueniſse Batiano, & Cereali Conſulib. quinto kal. Septemb. impedito igitur hoc loco, Conſtantius de Conſilio ſiue Baſilij Epiſcopi Ancyrani, vt refert *Sozomenus*, ſiue Eudoſij Epiſcopi Antiocheni vt *Theodoretus* l. 2. c. 26. *Nicæam* Bithyniæ pro Concilij loco deſignat, ſed cum ibi quoq; terræmotus ſubinde ſentiretur (prouidente Deo, vt notat Theodoretus, ne Ariani aliam fidei formam meditantes abuterentur priſtino nomine Concilij Nicæni eſsetq; occaſio poſteris ea confundendi) Tandem cum alij Tarſum Ciliciæ, alij Ancyram Galatiæ deligerent, concluſum fuit vt Orientales Epiſcopi *Seleuciam* Iſauriæ vrbem

Anni Chriſti.	

bem conuenirent, Occidentales autem *Ariminum* Italiæ. Hæc ex *Socrate* l.2. c.31. & *Hilario* libro de Synodis hoc ipſo anno ad Gallos conſcripto, & *Athanaſio* item de Synodis, qui addit eo conſilio diuiſum Arianis Concilium in duo loca, vt ſaltem in altero illorum aliquid ſuffurari pro ſua opinione poſsent.

359 *Ariminenſe* Concilium Epiſcoporum 400. quorum 80. erant Ariani horumq; Capita Vrſacius, & Valens, Euſebio, & Hypatio Conſulib. vt habent *Seuerus Sulpitius* l. 2. *Athanaſius* de Synodis, & *Socrates* l.2.c.29. *Sozomenus* l.4.c.16. Ibi cum die 22. Maij Valens fidei formulam in Sirmienſi ecitam recitaſset, in qua Filius Dei vnigenitus ante omnia ſecula exiſtens, Deus de Deo ſimiliſq; per omnia Patri ſuo ponebatur, eamq; tenendam contenderet, ſuppreſso nomine ſubſtantiæ, & conſubſtantialitatis, vtpote nec in Sacris literis reperto, multiſq; ignoto, & obſcuro, Catholici inſtiterunt, vt omnes hæreſes cum Ariana damnarentur; quod cum recuſaſsent Valens, Vrſacius, Caius, Germinius, Demophilus, & Auxentius, damnati ſunt, vt hæretici à Concilij maxima parte, & Nicenæ Synodi formula cum nomine conſubſtantialitatis approbata, & huc vſq; Ariminenſe Concilium Catholicum fuit: Et his peractis Patres dimiſſionẽ per literas à Conſtantio petiuerunt.

Deinceps verò vrgentibus Conſtantij minis per Taurum præfectum Prætorij, ne Ariminenſe Concilium diſſolueretur, priuſquam concordaſsent in formam fidei vtrique parti accommodatam, Valens ipſe Anathema dixit alijs conclamantibus anathema contra negãtes *Chriſtum Dei Filium ante ſecula ex Patre genitum, Patri ſimilem ſecundum Scripturas* item anathema, *ſi quis dixerit creaturam Filium Dei, vt ſunt cœteræ creaturæ, vel de nullis extantibus Filium, & non de Deo Patre*, vel dixerit *Erat tempus quando non erat Filius*. Quibus auditis cum tripudio, & plauſu Catholicorum, nec agnito tunc veneno, dimiſsum eſt Concilium: ſed mox Valens, & Vrſacius cum ſuis Sectarijs iactarunt *ſe non negaſſe Filium eſſe creaturam, ſed ſimilem cœteris creaturis*, ita S. Hieronymus aduerſus Luciferianos, vbi addit. *Tunc Vſiæ nomen abolitum eſt, tunc Nicænæ fidei damnatio conclamata eſt. Ingemuit totus Orbis, & Arianum ſe eßе miratus eſt*. Non quod tot patres, qui orbem Eccleſiaſticum repræſentabant in Occidente Arianiſmo reuera conſenſiſsent, ſed quòd premiſerint ſupprimi nomen ſubſtantiæ, & conſubſtantialitatis, quo Nicæna Synodus omnem aditum Arianorum obſtruxerat: neque verò putarunt Catholici poſſe à Valente intelligi Filium eſse Creaturam, cùm ipſemet confeſsus eſset eſse genitum à Deo non factum, & non de nullis extantibus, ſeu de nihilo, ſed de Deo Patre. Hoc ipſo tamen quod agnita fraude Catholici ingemuerunt, nec expectatus fuit conſenſus Summi Pontificis Liberij; patet Eccleſiam ipſam non erraſse, vt egregiè docuit S. Damaſus literis, quas recitat Theodoretus lib. 2. c.13. Aliunde tamen conſtat Concilium abſque directione, aut confirmatione Summi Põtificis errare poſſe. Ex dictis patet Ariminenſe Concilium quoad priorem ſui partem inter Catholica rectè numerari à S. *Athanaſio* lib. de Synodis, & S *Ambroſio* Epiſt. 32. ad Valentinianum.

359 *Seleucienſe* Concilium Epiſcoporum 160. ijſdem Conſulib. factum vbi interfuit S. Hilarius annum iam 4. exilij agens in Phrygia, ſed ob diſſidia inter Arianos ac Semiarianos inter ſe, et vtrorumq; cum Catholicis; nihil concluſum eſt: ibi autem Acacius Cæſareæ Epiſcopus fidei formam propoſuit in qua reijciebatur tam nomen *Conſubſtantiale, & Aequiconſubſtantiale*, quàm *diſſimile* dicens eſse verba noua & à ſcripturis abhorrentia, confitebatur autem IESVM Chriſtum filium Dei, ſimilem Patri, vtpote imaginem Dei inuiſibilis, & ſine effectione ante omnia ſecula genitum, Dei Verbũ de Deo, vnigenitum, per quem omnia facta ſunt; ſed interrogatus poſteà Acacius qua in re Filius ſimilis eſset Patri, reſpondit: *Filium non ſubſtantia, ſed voluntate Patri ſimilem eſſe*, vnus autem ex Acacianis Hilario interroganti id explicauit dicens: *Chriſtum* licet *diſsimilem Deo, poße tamen intelligi ſimilem Patri, quia pater voluißet creaturam huiuſmodi creare, quæ ſimilia ſui vellet*. Plura de his ipſe *Hilarius* lib. de Synodis *Athanaſius* item de Synodis *Socrates* lib. 2. cap. 31. & 32. Acta verò hæc ſunt pendente adhunc Concilio Ariminenſi, & Leonas Comes à Conſtantio miſsus vt Synodo interreſset, Synodum re infecta dimiſit, quæ non durauit niſi 4. dies à die 28. Auguſti ad 31.

359 *Conſtantinopolitanum* Conciliabulum Conſtantinopoli, vbi erat Conſtantius ad inſtantiam Acacij, de quo ſupra, congregatum Epiſcoporum 50. in quo ab Arianis ſublatum eſt nõ ſolum ſubſtantiæ, & conſubſtantialitatis nomen, ſed etiam *Hypoſtaſis*, ideſt *Subſiſtentiæ*, ſancitumq; nephas eſſe: *Hypoſtaſim dicere de Patre, Filio, & Spiritu Sancto*. Conditaq; eſt noua fidei formula, quam nonam poſt Nicænam numerat Socrates eique ſubſcripſere Epiſcopi 43. cæteris, qui recuſarunt in exilium à Conſtantio pulſis. Ibidem Eudoxius Antiochenus Antiſtes ſtultum hoc argumentum conſcripſerat: *Quæ diſſimili ratione proferuntur ea ſunt eßentia diſſimilia. At vnus Deus Pater ex quo omnia, & vnus Dominus IESVS Chriſtus, per quem omnia diſſimilem habent prolationem, nimirum ex quo, & per quem. Proinde Filius Patri diſſimilis eſt*. Sed videns Conſtantium iraſci negauit hanc eſse ſuam opinionem, ſed Aetij; plura de hoc conuenticulo, & forma fidei, *Athanaſius* libro de Synodis, *Epiphanius* hæreſi 73. *Theodoretus* lib. 2. cap. 27. & 28. *Socrates* lib. 2. c.34. *Sozomenus* lib.4.c.20. ad 23.

362 *Alexandrina* Synodus conuocata ab Athanaſio, in qua Actum de lapſis in Arianam hæreſim Epiſcopis pœnitentibus, ſed non hæreſiarchis, recipiendis, & de nomine *Hypoſtaſis*, de quo eruditè *Baronius* ad hunc annum.

363 *Alexandrina* Synodus item ab Athanaſio conuocata ex Epiſcopis Ægypti, Thebaidis, & Libyæ, in qua confectus libellus fidei, & miſſus ad Iouianum nouum Imperatorem, ne præoccupatus ab Arianis Conſtantij errores imitaretur: Extat libellus ille ad Iouianum, penes *Athanaſium*, & de illo *Theodoretus* lib. 4. cap. 3.

363 *Antiochena* Synodus Epiſcoporum 27. per Meletium ibi orthodoxorum Præſulem celebrata, in qua confirmata, & recepta eſt Nicenæ Synodi formula fidei, & Ariani pœnitentes ad Eccleſiam admiſſi, ſcriptaq; ad Iouianum Imperat. Epiſtola Synodalis, *Sozomen.* lib. 6. c.4. & 5. & *Socrates* lib. 3. c.21. & 22.

365 *Lampſacena* Synodus, ſeu Pſeudoſynodus Valentiniano, & Valente Conſulibus, vt tradit *Socrates* lib.4. à c.3. Semiariani Catholicos quoque aduocarunt inter quos S. Baſilius adhuc Monachus, ſed in ea non fuit approbata Nicæna confeſſio, ſed Anthiochena tantum, de qua anno 341. quæ imperfecta erat, & fraudẽ con-

tinc-

Anni Chriſti	
	tinebat; damnatus tamen fuit Eudoxius Epiſcopus Conſtantinopolitanus, vt tradunt *Socrates* cap. 4. & *Sozomenus* lib. 6. c. 7.
320	*Laodicenum* Concilium in Phrygia Pacatiana, cuius Canones habemus in primo Tomo Conciliorum edit. Venetæ pag. 696. poſt Neocæſarienſe, & ante Nicænum Oecumenicum peractum eſſe contendit *Baronius* in Appendice ad IV. Tomum, eſto aliqui illud conferant in annum 370. aut 371. aut 395.
365	*Siculum* Concilium Prouinciale, in quo Nicæna fidei formula, & conſubſtantialitas Filij cum Patre ſancita eſt, deſcribit *Socrates* l. 4. c. 11.
365	*Tranenſis* Synodus in Cappadocia celebrata, cui interfuit Euſtathius Sabaſtenus Epiſcopus, qui à Sicula Synodo reuerſus erat, in hac pariter decreta eſt conſubſtantialitas Filij cum Patre, vt narrat *Sozomenus* lib. 6. cap. 12.
366	*Conciliabulum* in Caria Epiſcoporum ferè 34. refert *Sozomenus* lib. 6. c. 12. in quo ſuppreſſo ſubſtantialitatis nomine, formula fidei Antiochiæ olim & Seleuciæ edita, eſt approbata.
369	*Romanum* Concilium à S. Damaſo Papa conuocatum anno 3. ſui Pontificatus contra Auxentium Mediolanenſem Epiſcopum, qui ſimulata Catholici perſona, populum ipſumq; Valentinianum Imperatorem deceperat, & interim formam Ariminenſis Concilij poſteriorem promulgabat, ſed damnatus ibi fuit Auxentius, & poſtea in diuerſis alijs Concilijs, de quibus *Athanaſius* in epiſtola ad Epictetum Epiſcopum, & *Theodoretus* lib. 2. c. 22.
370	*Galaticum* conuenticulum Arianorum circa Nyſſam, vnde S. Gregorius frater S. Baſilij damnatus, & expulſus eſt: ex *Eipſtola Baſilij* ad Euſebium, ipſoq; *Gregorio* Nyſſeno ad Olympium.
373	*Romanum* Concilium 7. Damaſi Papæ anno ab ipſo conuocatum, in quo præter alias hæreſes damnata fuit hæreſis Apollinaris, qui aſſerebat Chriſtum mentis expertem fuiſſe, & a Verbo aſſumptam tantummodo carnem humanam abſq; mente: de hoc Concilio *Sozomenus* l. 6. c. 25. & *Theodor.* lib. 5. c. 10.
374	*Valentina* Synodus Epiſcoporum 30. Gratiano III. & Equitio Conſulib. Æra 412. IV. Idus Iulij, vt eſt in Codice emendato Tomo I. Concil. pag. 737.
378	*Anthiochena* Synodus menſe Septembri, ſeu 9. poſt S. Baſilij obitum celebrata ab Epiſcopis Orientalibus iam Valentis, & Gratiani edicto relaxatis ab exilio, & in ſuas Sedes reſtitutis, cui ſe interfuiſſe narrat S. Gregorius Nyſſenus in epiſtola ad Olympium Monachum. In ea Synodo conciliati ſunt Meletius, & Paulinus, & fidei regula firmata.
381	*Conſtantinopolitanum* Concilium Epiſcoporum 150. menſe Maio Damaſi præcepto, & authoritate à Gratiano Imp. conuocatum. Actum ibi de Macedonij hæreſiarchæ Spiritus Sancti diuinitatem negantis damnatione. Maximus Cynicus declaratus illegitimus Epiſcopus Cõſtantinopol. confirmatus in ea Sede S. Gregorius Nazianzenus; Spiritus Sancti Diuinitas aſſerta, & in Symbolo expreſſa, & de alijs de quibus *Theodoretus* lib. 2. cap. 22. lib. 5. c. 9. *Socrates* lib. 5. c. 8. *Sozomenus* lib. 7. c. 8. & 9. Hanc autem Synodum Oecumenicæ nomine honeſtauit Damaſus Papa, quod conſenſiſſet Nicænæ, & Occidentalibus Epiſcopis, vt declarat *Baronius* ad hunc annum pag. mihi 438.
381	*Aquileienſe* Concilium Epiſcoporum Siagrio, & Eucherio Coſs. 32. Nonis Septembris conceſſum à Gratiano Arianis, qui ſe volebant in eo probare Catholicos, nempe Palladio, & Secundiano, cuius extant Acta in I. Tomo Concilior. pag. 6. 717. ibi vnica actione à prima hora, vſq; ad ſeptimam, diſſerente primo loco S. Ambroſio, & Palladium vrgente, vt damnaret Arium cum in ſua perfidia perſiſteret Palladius, omnium ſententia anathematizatus eſt, non ſecus atq; Secundianus, vt patet partim, *ex Actis Concilij*, partim ex epiſtola Synodali ad Imperatores miſſa, quæ deeſt in meo Codice, ſed recitatur à *Baronio*.
381	*Cæſarauguſtana* Synodus cui interfuere Aquitaniæ quoq; Epiſcopi, & in ea damnati abſentes Inſtantius, & Saluianus Epiſcopi, Helpidius, & Priſcillianus Laici: conſtabat autem Priſciliani hæreſis ex Gnoſticorum, & Manichæorum erroribus permixtis, alijſq; de quibus luculenter *S. Auguſtinus* de hæreſi c. 70. & lib. 2 contra Mendacium c. 11.
382	*Romanum* Concilium Generale conuocatum à Damaſo, cui tamen Orientales pleriq; Conſtantinopolim coeuntes noluere intereſſe, niſi per Legatos. Interfuit tamen Paulinus Antiochenus, & Epiphanius Salaminæ Epiſcopus, interfuit & S. Ambroſius. In hoc Concilio confirmata ſunt decreta Concilij Conſtantinopolitani, quo ad fidei formam, ſed improbata electio Flauiani in locum Meletij Epiſcopi Antiocheni, & reſtitutus Paulinus in illam Sedem.
383	*Conſtantinopolitanum* Concilium menſe Iunio à Theodoſio conuocatum, vt hæretici ad concordiam cum Catholicis, ſi fieri poſſet, humaniter adducerentur, aut refractarij punirentur. Comparuit ibi pro Arianis Demophilus, pro Macedonianis Eleuſius Cyzici Epiſcopus, pro Eunomianis ipſe Eunomius, pro Nouatianis Syzinnius, contra quos alioſq; hæreticos Theodoſius multas leges tulit, quæ extant in Codice Theodoſiano. De Synodo autem hac *Socrates* lib. 5. cap. 10. *Sozomenus* lib. 7. cap. 12. *Theodoretus* lib. 5. c. 10.
383	*Sydenſe* Concilium in Syria Epiſcoporum 26. præſidente Amphilochio Epiſcopo, in quo damnati ſunt hæretici Maſſaliani, ſeu Euchaitæ à Saccis geſtandis dicti Saccophori, de quibus *Photius* in Bibliotheca, *Epiphanius* hæreſi 80. & *Theodoretus* lib. 4. cap. 10.
385	*Burdigalenſis* Synodus, in qua Inſtantius Epiſcopatu indignus pronunciatus, at Priſcillianus appellans ad Maximum Imperatorem, qui erat Treuiris, tandem cognita ipſius cauſa per Iudices, et confeſſus maleficia, et nocturnos turpium fœminarum conuentus, vbi nudus orare ſolitus erat Maximi ſententia capite damnatus eſt, cum álijs quibuſdam, et Inſtantius deportatus in Inſulam Siluinã vltra Britanniam. De his *Seuerus Sulpicius* lib. 2. et *S. Hieronymus* in Cathalogo Scriptorum Eccleſ. verbo *Matronianus*.
386	*Romana* Synodus Epiſcoporum 80. menſe Ianuario à Siricio Papa conuocata, in qua actum de modo recipiendi Nouatianos, et Donatiſtas dictos Montenſes ad Eccleſiam reuertentes, et diſciplina Eccleſiaſtica in Africa inſtaurata, vt conſtat ex Siricij Epiſtola ad Epiſcopos Africæ.
386	*Treuirenſe* Concilium pro Ithacto Epiſcopo, qui Priſcillianum accuſarat, et eius necem procurarat, ideoq; à Theognoſto Epiſcopo depoſitus fuerat, aſſerente non licere Sacerdotibus immiſcere ſe cauſis criminalibus. Vide *Seuerum* lib. 3. in Dialogo, et in vita S. Martini.
389	*Capuana* Synodus, in qua decretum eſt, vt Theophilus Epiſcopus Alexandrinus cauſa cognita iudica-

Anni Chriſti.

iudicaret an in locum Paulini Epiſcopi Antiocheni hoc anno defuncti ſuccedere deberet Flauianus, an Euagrius ab alijs electus, ita tamen vt ſententia Theophyli approbaretur à Romano Pontifice. Item Decretum, vt Anyſius Epiſcopus Theſſalonicenſis cognoſceret cauſam Bonoſi Epiſcopi in Macedonia accuſati, quod negaret Deiparæ Virginitatem poſt partum: videndi de his *S. Ambroſius* epiſt. 78. & 79. *Socrates* l. 5. c. 15. *Sozomenus* lib. 7. cap. 15.

390 *Mediolanenſis* Synodus iuſſu Siricij Papæ congregata, cui interfuere tres Legati Pontificij, & Sanctiſſimi Antiſtites Ambroſius Mediolan. Sabinus Placentiæ, Geminianus Mutinæ Epiſcopus, & alij, & damnatus Iouinianus, quem Epicurum Chriſtianorum vocat S. Hieronymus, & quem iam Syricius Romæ damnarat, quia aſſerebat nullam eſſe differentiam meriti inter virgines, et maritatas, inter ieiunium, ſeu abſtinentiam, et comeſtionem cuiuſuis cibi cũ gratiarum actione, et omnes, qui ſuum baptiſma ſeruarent eadem in cælo gloria remunerandos, & qui plena fide in baptiſmate renati eſſẽt, non poſſe à diabolo ſubuerti: Ita ex *S. Hieronymi*, libris contra Iouinianum. Vide *Epiſtolam* 81. *S. Ambsoſij*, & Sanctiones Theodoſi contra Iouiniani ſectatores ſub habitu Monaſtico latitantes l. 1. de *Monachis*, & *l. de hæreticis* in codice Theodoſiano.

393 *Hipponenſe* Concilium generale totius Africæ Conſulib. Theodoſio Aug. III. & Abundatio 8. Idus Octobris, vt habetur in Collectione Canonum Africanorum; in quo Concilio collapſa diſciplina Eccleſiaſtica in integrum reſtituta eſt, & S. Auguſtinus de Fide, ac Symbolo diſputauit.

394 *Bagaienſe* Conciliabulum Donatiſtarum Bagaij in Africa celebratum ob Schiſma, quod erat inter eos ingens, eo quod alij fauerent Primiano ſuffecto in locum Parmeniani Donati ſucceſſoris in fide Carthag. alij autem Maximiniano ab alijs Donatiſtis electo, de quibus plura *S. Auguſtinus* lib. 3. contra Creſconium c. 53. & 56. & l. 4. c. 6. et in Pſalmum 36. et *Baronius* ad hunc annum.

397 *Taurinenſe* Concilium in cauſa felicis; et in quo ſedatæ ſunt altercationes de primatu inter Arelatenſem, et Viennenſem Epiſcopum declaratumque Maſſilienſem Sedem eſſe primam in Gallia Narbonenſi ex Actis Concilij huius, quæ extant tomo 1. pag. 762.

397 *Carthaginenſis* Synodus à Collectore dicta Tertia, cum fuerit ſecunda poſt tempora Conſtantini: ibi inter alia decretum, vt Primates Sedium Epiſcopalium non vocarentur Principes, aut Summi Pontifices, qua de re ſcite *Baronius*.

398 *Carthaginenſis* Synodus poſt Conſulatum Cæſarij, et Attici 6. *Kal.* Iunij Epiſcopor. 70. dicenda *Tertia*; actum de continentia Diaconorum, ac Sacerdotum, et de baptizandis infantibus.

398 *Carthaginenſis* altera Synodus 6. Idus Nouembris, Quarta dicenda vbi actum de examinandis prius Epiſcopis.

399 *Alexandrina* Synodus à Theophilo vrbis illius Epiſcopo conuocata, in qua Origenis errores damnati ex *S. Hieronymi* epiſt. 69. 70. 78.

400 *Conſtantinopolitana* Synodus Epiſcoporum 22. in qua Euſebius Epiſcopus Valentinopolitanus accuſauit Antoninum Epheſi Epiſcopum de ſeptem criminibus, fruſtra nitente S. Io. Chryſoſtomo, qui Synodo præerat, eos inuicem conciliare: Proinde ſtatuit ire Epheſum, ibiq; Synodum Epheſinam 70. Epiſcoporum congregauit, mortuo licet interim Antonino, ibique actum de Epiſcopis Simoniacè ordinatis, quorum ſex depoſuit, vt habet *Palladius* in vita Chriſoſtomi vel 13. vt *Sozomenus* l. 8. c. 6. vel 16. vt *Socrat.* l. 6. c. 10.

401 *Carthaginenſe* Concilium Prouinciale anno poſt Conſulatum Stilichonis pro petendis Sacris Miniſtris, quibus Eccleſia Africana indigebat à Romano Pontifice, & Mediolanenſi Antiſtite.

401 *Carthaginenſe* Concilium generale iuſſu Anaſtaſij Papæ congregatum ab Aurelio Epiſcopo Carthag. ad Eccleſiam Africanam reſtaurandam, quæ ob donatiſtarum Schiſma lacerata fuerat; cœpit Idib. Septembris Vinencio, & Frauita Conſulibus.

402 *Mileuitanum* Concilium Mileui in Numidia celebratum, & generale totius Africæ 6. kal. Septembris Arcadio, & Honorio Auguſtis V. Conſulib. vt dicitur in eius principio. Actum ibi de multis, ſed potiſſimum de neceſſitate Gratiæ Diuinæ contra Pelagium, deq; baptizandis paruulis; Xantippo primate Præſidente. Huius verò acta approbauit Innocentius Papa.

403 *Carthaginenſe* Concilium Generale totius Africæ pro inuitandis Donatiſtis ad vnitatem Catholicæ Eccleſiæ, de quo videndus *S. Auguſt.* l. 3. cõtra Creſconium c. 45. præfuit Aurelius Epiſcop. Carthag. & cœpit. Concil. 8. kal. Sept. Theodoſio, & Rumorido Conſulibus ex Tom. 1. Concilior. Sed Donatiſtæ reſtiterunt, immò armata manu in Epiſcopos multos graſſati ſunt.

404 *Carthaginenſe* Concilium 6. kal. Iulias Honorio VI. & Ariſteneto Conſulibus, vbi decreta legatio ad Honoriũ pro auxilio contra Donatiſtas.

405 *Romanum* Concilium in cauſa S. Ioannis Chryſoſtomi, in quo rogatus Honorius, vt ſcriberet ad Arcadium fratrem pro Concilio Theſſalonicæ conuocando, ex *Palladij* Dialogo de reb. geſtis S. Ioann. Chryſoſt.

405 *Toletanum* Concilium primũ Epiſcoporum 19. Stilichone Conſule non primùm, ideſt anno 400. ſub Anaſtaſio Papa, ſed ſecundùm Conſule nempe anno 405. ſub Innocentio, cuius extat Epiſtola ad hanc Synodum, actum ibi de diſciplina Eccleſiaſtica.

407 *Carthaginenſe* Concilium Idibus Iunij Honorio VII. & Theodoſio II. Conſulibus, in quo decreta Legatio ad Honorium pro defenſione rerum Eccleſiaſticarum contra Donatiſtas, & Paganos, *ex Tomo* 1. *Concilior.*

408 *Carthaginenſis* Synodus Baſſo, & Philippo Conſulib. Iunio, & iterum Octobri decreta Legatione contra paganos, & hæreticos ad Imperatorem, *ex Tomo* 1. *Concilior.* & *S. Auguſtini* epiſt. 129.

410 *Carthaginenſe* Concilium pro Legatione ad Horium contra Donatiſtas; poſt Conſulatum Honorij VIII. & Theodoſij III. vt habent Codices emendati, eſto aliqui habeãt Honorio VIII. & Theodoſio III. Coſſ. qui eſſet annus 409.

412 *Cirtenſe* Concilium Prouinciale in Numidia, pro diluendis Donatiſtarum impoſturis, & quærelis: præfuit Siluanus primas Numidiæ, interfuitq; S. Auguſtinus.

414 *Donatiſtarum* Epiſcoporũ pluſquam 30. in Africa Conciliabulum, de quo *S. Auguſtinus* ep. 204. & contra Gaudentium lib. 1. c. 37.

416 *Carthaginenſe* Concilium ſub Aurelio Epiſcopo, & poſt illud *Mileuitanum*, alterum eodem anno celebratum eſſe, & in vtroq; damnatum fuiſſe Pelagium, & Cæleſtium euincit hoc anno Eminentiſſimus *Baronius*, & mutatis litteris Synodalibus ad Innocentium Papam, & Innocentij

Anni Chriſti.

centij ad vtramq; Synodum, eſto incuria aliquorum inconſiderate Mileuitanum primum ſub Xantippo Primate Numidiæ factum conflauerint in vnum ſimulq; ediderint cum ſecundo, quod factum eſt ſub Siluano Numidiæ Primate conuenientibus Epiſcopis 61. ex 300. qui Carthaginenſi interfuerant, in vtraque autem Synodo delegatum eſt S. Auguſtino opus, vt ſuis ſcriptis hæreſim Pelagij, & Cæleſtij exagitaret, vt liquet ex Epiſtola ipſius 94. & 110.

418 *Carthaginenſe* Concilium Prouinciale Epiſcoporum 217. quo Pelagiana hæreſis pœnitus damnata eſt per totum mundum præſentibus Legatis Pontificis Zoſimi: Quod factum eſſe ſub Conſulatu 12. Honorij, & 8. Theodoſij, refert *Proſper* in Chronico, videlicet anno Domini 418. eſto acta huius Concilij reſcripta ſint anno ſequenti ad Bonifacium Papam, & propterea Tomo I. Conciliorum prænotentur hæc. *Poſt Conſulatum glorioſiſsimorum Imperatorum Honorij duodecimum, & Theodoſij octauum Auguſtorum, octauo Kalendas Iunij ſcripta hæc ſunt Carthagine in Secretario Baſilicæ Fauſti*: & in fine habetur Epiſtolæ ad Bonifacium hoc initũ. *Domino Beatiſsimo, & honorabili Fratri Bonifacio Aurelius Valentino primæ Sedis Prouinciæ Numidiæ, & cæteri qui præſentes affuimus numero ducenti decem, & ſeptem ex omni Concilio Africæ.*

418 *Teleptenſe* Concilium eodem anno celebratum in Bizacena Prouincia anno vt in principio huius Concilij Tomo I. Conciliorum dicitur, *poſt Conſulatum Honorij vndecimum, & Conſtantij ſecundum ſexto Kal. Martias, vbi pro Telenſi*, ſcribendum fuit Teleptenſe; prima ſedes Bizacenæ Prouinciæ in Africa, cui præſidebat Donatianus Epiſcopus nominatus primo loco in Concilio in quo lecta fuit Epiſtola Siricij olim Papæ de ordinandis &c. vt ſecundum eam de ordinandis ſtatueretur, & eius obſeruantia inculcaretur.

419 *Carthaginenſis* Synodus, menſe Maio in cauſa Apiarij Presbyteri, refert *Baronius*, quem conſule.

419 *Rauennæ* Concilium in cauſa Bonifacij Papæ.

429 *Gallicana* Synodus, hortatu Britannorum, vt Pelagio Britanniam inficienti reſiſteretur; ideoq; electi fuere SS. Germanus, & Lupus, miſſiq; in Britanniam, ex *Conſtantio* lib. 1. cap. 19. apud *Surium* Tomo 4.

430 *Romana* Synodus conuocata à Cæleſtino Papa poſt lectas Cyrilli Alexandrini de Neſtorij hæreſi litteras, & ipſius Neſtorij litteras defenſorias ſuæ hæreſis, qua ſuſtinebat MARIAM Virginem non fuiſſe Matrem Dei, ſed Chriſti, duas in Chriſto perſonas ponens; quæ hæreſis ſtatim à Cæleſtino totaq; Synodo damnata fuit, datiq; dies 10. Neſtorio ad reſipiſcendũ poſt acceptas Cæleſtini litteras die 11. Auguſti ſcriptas, vt conſtat ex actis Concilij Epheſini editis à Theodoro Peltano.

430 *Alexandrina* Synodus conuocata à Cyrillo poſt reuerſum Poſſidonium Diaconum cum litteris Cæleſtini ad Neſtorium, in qua quatuor Legati electi ſunt, qui Cæleſtini litteras deferrent Conſtantinopolim ad Neſtorium cum Decreto damnationis, niſi intra præfixum terminum reſipiſceret; adiecta Synodali Epiſtola continente fidei Orthodoxæ confeſſionem cum 12. Anathematiſmis contra totidem capita Neſtorianæ hæreſeos: ex actis *Concil. Epheſ.* Tom. 1. c. 14. & tomo 2. c 16. Peltani.

Interea Theodoſius hoc eodem anno datis litteris ad Cæleſtinum Papam d. 19. Nouembris, miſſiſq; per Petronium, qui poſtea fuit Epiſcopus Bononiæ, egit de indicendo Concilio vniuerſali nempe Epheſino pro anno ſequenti, vt refert *Sigonius* in vita S. Petronij.

431 *Epheſinum* Concilium Oecumenicum Epiſcoporum pluſquam 200. Cæleſtini Papæ, & Theodoſij Imperatoris authoritate ac iuſſu indictum pro Feſto Pentecoſtes, ſed initum 10. Kal. Iulias in Eccleſia S. MARIÆ præſidente loco Cæleſtini Papæ Cyrillo Alexandrino poſt Conſulatum XIII. Theodoſij & III. Valentiniani; Si *Nicephoro* l. 4. c. 4. credas interfuit primo die Neſtorius, ſed audiens omnium ſententiam eſſe MARIAM Virginem fuiſſe Θεοτόκον, ideſt *Deiparam*, & Chriſtum eundem in eadem vnica perſona fuiſſe Deum, & hominem, ſurrexit, & dixit: *Ego bimeſtrem aliquem, & trimeſtrem Deum non dixerim, proinde purus ſum ſanguinis veſtri: poſteà ad vos non veniam.* Communior opinio eſt Neſtorium hæc ante Synodum dixiſſe, & poſtea quantumuis inuitatum, & citatum, nunquam comparuiſſe: proinde totius Synodi ſuffragijs damnata fuit eius hæreſis & ipſe exauthoratus atq; Epiſcopatu depoſitus eſt, cui ſententiæ ſubſcripſere Epiſcopi 197. & poſtea alij vt numeraui in Peltani Tomo 2. cap. 10. & quia Pelagiani ſe Neſtorio adiunxerant, damnati ſunt & ipſi in Synodo Epheſina. Ex tunc etiam vt Baronius cenſet adiecta ſunt Salutationi Angelicæ verba illa SANCTA MARIA MATER DEI ORA PRO NOBIS &c. quæ pene ab infantia Catholici decantare cum lacte diſcunt. Et Pulcheria Auguſta in tantæ victorię de Neſtoriana hæreſi monumentum, erexit auguſtiſſimum illud templum in Blanchernis Conſtantinopoli iuxta Mare, ſub nomine MARIÆ DEI GENITRICIS.

423 *Antiochenum* Concilium coactum à Ioanne vrbis huius Epiſcopo, antea fautore Neſtorij, ſed minis Theodoſij territo, vbi approbata fuit Neſtorij damnatio, & decreta communicatio cum Cyrillo Alexandrino, & cum nouo Papa Sixto ex tomo 5. *Concilij Epheſ.* à Peltano edito c. 7.

433 *Romana* Synodus Epiſcoporum 56. iuſſu Valentiniani Congregata, vt Sixtus Pontifex purgaret ſe à calumnijs ipſi irrogatis ab Anicio Baſſo Exconſule: ſed Synodus Baſſum condemnauit, & Valentinianus proſcripta eius bona addixit Eccleſię. Baſſus vero intra tres mẽſes mortuus eſt, & Sixtus ipſe ſuis manibus corpus Baſſi linteaminibus, & aromatibus conditum condidit & ſepeliuit ad B. Petrum Apoſtolum *ex libro de Romanis Pontificibus*.

435 *Armeniacum* Concilium in Armenia contra ſcripta Theodori Mopſueſteni, de quibus Liberatus Diaconus in Breuiario cap. 10. aiebat enim Chriſtum Dominum non eſſe vnum de Trinitate, vnde ſequebatur, aut Chriſtum non fuiſſe Deum, aut duos eſſe Deos: vide *Procli* Epiſtolam ad Armenos tomo 1. Bibliothecæ Sanctæ.

439 *Regienſe* Concilium in Gallia Narbonenſi præſide Hillario Epiſcopo Narbonenſi pro cauſa Epiſcopi Ebridunenſis perperam ordinati, actũ quoq; de exequijs defunctorum & de Schiſmaticis, & hæreticis ad Eccleſiam redeuntibus.

441 *Arauſicanum* Concil. In Gallia Epiſcoporum 15. Syricio Conſule, pro Eccleſ. Diſciplina, & iuribus Epiſcoporum.

442 *Valenſis* Synodus in Gallia Narbonenſi, ſub Conſulatu Dioſcori, de quo Tomo 2. Concil. fol. mihi 19.

444 *Romanum* Concilium à Leone Papa conuocatum contra Manichæos; de quo ipſe *S. Leo* Serm. 5. de ieiunio decimi menſis.

Conci-

Anni Chriſti.

447 *Concilium* in Hiſpania generale iuſſu S. Leonis Papæ contra reliquias Priſcillianiſtarum celebratum Toleti, vt creditur, alijs tamen in Gallicia conuenientibus: vide *Leonis* Epiſtolam 93. cap. 17.

448 *Conſtantinopolitana* Synodus, Conſulibus Zenone, & Poſthumiano 6. Idus Nou. alia occaſione conuocata à Flauiano eius vrbis Archiepiſcopo, in qua Euſebius Dorilæi Epiſcopus libellum exhibuit delatorium hereſis Euthychetis presbyteri, & Archimandritæ Monaſterij Conſtantinopolitani, qui aſserebat Chriſti corpus non eſse ſumptum de MARIA Virgine, nec conſubſtantialem nobis fuiſse ſecundùm carnem, ſed de cælo corpus habuiſse, & ſolum per virginem tranſiſse. Ibi poſt multas tergiuerſationes damnatus eſt Eutyches. De his *Liberatus Diaconus* tomo 11. Concil. cap. 11. *Theodoretus* de hæret. fabul. l. 14. & *Acta Concilij Chalcedonenſis* Act. 1.

449 *Epheſina* Synodus II. à Theodoſio indicta permittente S. Leone Papa in cauſa Eutychetis, qui ſimulato Catholiciſmo eſt abſolutus, & per vim coacti ſunt ſubſcribere etiam aliqui Sedis Apoſtolicæ Legati; vt merito S. Leo hanc Synodum reprobarit: vide *Baronium* ad hunc annum.

449 *Romanum* Concilium Epiſcoporum Occidentalium, in quo S. Leo Papa irrita, & nulla declarauit acta Concilij II. Epheſini ab Eutychianis hæreticis, quod factum octauo Idus Octobris. Videantur *S. Leonis Epiſtolæ* 22. vſq. ad 28.

450 *Conſtantinopolitanum* Concilium iuſſu S. Leonis Papæ per Legatos conuocatum in quo anathema dictum Eutycheti, ac Neſtorio.

451 *Mediolanenſis* Synodus Prouincialis, conuocata ab Euſebio eius vrbis Epiſcopo, in qua ſubſcriptum eſt doctrinæ de Verbi Incarnatione miſsæ ad Flauianum Epiſcopum Conſtantinoque vt videre eſt apud S. Leonem epiſt. 52.

451 *Calcedonenſe* Concilium Oecumenicum Epiſcoporum 630. à Marciano Imperatore, Satagente Pulcheria de conſenſu Leonis Summi Pontificis indictum primo Nicæam Bithyniæ, deinde translatum Chalcedonem, vt ibi intereſset Imperator, cui interfuere Legati Leonis Paſchaſinus, & Lucentius Epiſcopi. Bonifacius, & Baſilius Prebysteri: cœptum eſt autem in ſuburbano templo S. Euphemiæ Martyris, diſtante à Boſphoro paulò plus duobus ſtadijs, d. 8. Octobris, & abſolutum kalendis Nouemb. Damnatus fuit ibi Dioſcorus Epiſcopus Alexandrinus ob contumelias Flauiano irrogatas in Synodo Epheſina, & quia negabat in Chriſti perſona duas fuiſse vnitas naturas, et priuatus Epiſcopatu, damnatus quoq; Eutyches, et Neſtorius, et ſententia Concilij confirmata miraculo S. Euphemiæ quod narrant *Metaphraſtes* die 11. Iunij *Zonaras* in Annalibus tomo 3. et *Nicephorus* l. 15. c. 5. facta ſunt hæc conſulatu Martiani ideſt anno 451. vt exprimitur actione 1. & 16. vnde corrigendus error eius qui in editione Veneta Tomi 11. Concil. pag. 129. titulum huic Concilio premiſit his notis: *Valentiniano Septies, & Auieno conſulibus æra* 488. nempe anno 450.

453 *Alexandrina* Synodus à Proterio conuocata, in qua Eutychianis quibuſdam Epiſcopis recuſantibus profeſſionem fidei oblatam, Martianus Imper. exilium errogauit.

453 *Arelatenſis* Synodus 14. Epiſcoporum Vincomalo, & Opilione Conſulib. de Eccleſiaſtica diſciplina; quod eſt in Tomo II. Concil. pag. 406. vbi habetur *Aera* 461. 8. *Idus Iulij*, ſed ſcribendum Æra 491.

Anni Chriſti.

453 *Andegauenſis* Synodus in Gallia, Opilione Conſule 4. Nonas Octobris, cuius decreta ex noſtro Frontone Ducæo profert *Baronius* hic tomo 6. fol. 193. Veneticum autem Concilium in Britannia celebratum, alij ad hunc annum, alij ad annum 460. referunt.

457 *Hieroſolymitanum* ſub Iuuenali Epiſcopo.

461 *Turonenſe* Concilium Seuerino Conſule 18. Cal. Decemb. quod extat in tomo IV. Conciliorum pag. mihi 410.

463 *Arauticanum* Concilium, ſub cõſulatu Decij Iunioris, præſidente Cæſario Arelatenſe 5. nonas Iulij.

463 *Carpentoratenſis* Synodus, cui interfuere omnes ferè Epiſcopi, qui in Arauſicana.

463 *Vaſenſe* Concilium die 9. Nouembris ſub Decio Iuniori Conſule, cui præfuit idem Cæſarius Arelatenſis.

465 *Romanum* Concilium 18. Kal. Decembris Epiſcoporum 48. de quo tomo 2. Concil. pag. 412.

483 *Romanum* Concilium in cauſa Acacij Epiſcopi Conſtantinopolitani, accuſati à Ioanne Epiſcopo Alexandrino de conuenientia cum hæreticis: ex litteris Felicis Papæ ad Acacium, & Zenonem Imp. in Creſconiana collectione. Damnatus eſt ibidem Petrus Fullo Cnapheus Epiſcopus intruſus Antiochenus, qui Sancto Triſagio, *Sanctus Deus, Sanctus Fortis, Sanctus Immortalis*: addiderat hæc verba: *Qui paſſus es pro nobis*. Paſſionem tribuens toti Sanctiſs. Trinitati cum Sabellio.

483 *Conſtantinopolitana* Synodus congregata ab Acacio, in qua error Petri Gnaphei damnatus eſt. *Baronius*.

484 *Romana* Synodus ſub Felice Papa, in qua examinati Miſenus, & Vitalis Legati Pontificis, quòd Conſtantinopoli communicaſſent cum hæreticis, & Epiſcopatu priuati, & Acatius iudicatus hæreticus, ſed monitus, vt reſipiſceret, & ſpretis monitis, excommunicatus 5. Kal. Auguſti Venantio Conſule: ex *Epiſtolis Felicis, Liberato* Diacono in Breuiario cap. 18. & *Euagrio* lib. 3. cap. 20. ac 21.

487 *Romana* Synodus Flauio Boetio Conſule 3. Idus Martij Epiſcoporum 38. de lapſis in perſecutione Vandalica, ſed redeuntibus ad pœnitentiam, recipiendis ex *Epiſtolis Felicis Papæ*.

495 *Romanum* Conconcilium Epiſcoporum 55. ſub Gelaſio, menſe Maio, vbi Miſenus Epiſcopus damnatis omnibus hæreſibus, abſolutus eſt, & ſuæ ſedi reſtitutus, Vitali interim mortuo ante abiurationem hæreſeos.

499 *Romana* Synodus ſub Symmacho Papa Epiſcoporum 73. aduersùs ambientes Romanum Põtificatum: extat in II. *Tomo Conſilior.* pag. mihi 468.

502 *Romana* Synodus Palmaris dicta, quia celebrata eſt in porticu Palmaria apud Baſilicam S. Petri, iuſſu Theodorici Regis 9. Kal. Nouembris, in qua defenſus fuit Symmachus Papa à calumnijs Schiſmaticorum.

503 *Romana* altera Synodus poſt Conſulatum Auieni pro Romano Pontifice contra Schiſmaticos.

504 *Romana* Synodus ſub Symmacho contra vſurpantes bona Eccleſiaſtica, cuius decreta reueritum eſſe Theodoricum Regem, quamuis Arianum colligitur, ex *Caſsiodoro* l. 2. variar. epiſt. 29.

504 *Byzacenum* Concilim in Africa, vbi decretum eſt, vt Eccleſijs paſtoribus vacuis ſubſtituerentur Epiſcopi noui, non obſtante mandato Traſamundi Regis: *ex geſtis S. Fulgentij apud Surium* die 1. Ianuarij.

506 *Agathenſis* Synodus in Gallia Narbonenſi, anno 22. Alarici Viſigothorum Regis Kal. Septemb. Epiſc. 35. de qua in II. *Tomo Concili.* pag. 503.

Anni Chriſti.	
507	*Aurelianenſe* Concilium Epiſcoporum 33. de Conſilio S. Remigij à Clodoueo Rege conuocatum ante bellum cum Alarico. Vide *Hincmarū* de Rebus geſtis S. Remigij, & *Tomo II. Concilior.* pag. mihi 510.
509	*Epaunenſe* Concilium iuſſu Sigiſmundi Burgundiorum Regis, & ſuaſu Alcimi Auiti Epiſcopi Viennenſis, pro Eccleſiaſtica diſciplina, & exterminio hæreſis Arianæ: extat in *II. Tomo Concilior.* pag. 527.
514	*Rhemenſe* Concilium Generale totius Galliæ authoritate Hormiſdæ Papæ à S. Remigio conuocatum.
516	*Tarraconenſis* Synodus in Hiſpania anno 6. Theodorici in Hiſpania regnantis pro Eccleſiaſtica diſciplina: extat in *Tomo II. Concilior.* pag. 525. & in Concilijs Hiſpaniæ à *Garcia Loaiſa* emendatis.
517	*Gerundenſe* Concilium pro Eccleſiaſtica diſciplina, cuius decreta extant in *II. Tomo Concilior.* pag. 530. & pag. 531. habetur *Cæſarauguſtanum* eiuſdem anni.
518	*Hieroſolymitanum* Concilium Epiſcoporum 33. contra Seuerum in Sedem Antiochenam intruſum, & Calcedonenſis Concilij calumniatorem: Quo eodem anno Tyri Synodus celebrata eſt.
518	*Romana* Synodus ſub Hormiſda, in qua decretum fuit, vt pax ab Orientali Eccleſia oblata ea conditione reciperetur, ſi Acacij nomen Euphemij, & Macedonij penitus ex ſacris tabulis abolerent.
520	*Conſtantinopolitana* Synodus conuocata ab *Epiphanio*, & inde miſsa honorifica Legatio ad Hormiſdam Papam.
523	In Africa tria Concilia *Bizacenum*, *Vzecenſe*, & *Suphetanum*, ex rebus geſtis *S. Fulgentij apud Surium* die 1. Ianuarij.
524	*Ilerdenſe* Concilium in Hiſpania, de quo in II. *Tomo Concilior.* pag. 535. Valentinum eodem anno, in eodem Tomo pag. 538.
531	*Romana* Synodus, in qua Bonifacius Papa prætextu impediendi ne Gothorū Reges ſibi vſurparent electionem Pontificis, ſucceſſorem ſui nominauit: *ex Anaſtaſio Bibliothecario.*
531	*Toletanum* Concilium anno 5. Amalarici Regis, & primo Theudis ſucceſſoris conuocata à Montano Archiepiſcopo, Æra 569. *ex Codice Concil.* emendato.
533	Aurelianenſis Synodus, de qua in II. *Tomo Concil.* pag. 551.
534	*Romana* Synodus, qua Ioannes Papa reſpondit Iuſtiniano Imperatori Monachos Acremetas Conſtantinopoli in Neſtorianiſmum dilabentes, & alios huiuſmodi ad veræ fidei confeſſionem adigendos, aut de Eccleſia pellendos; ex *Liberato Diacono* in Breuiario c. 24.
535	*Cartaginenſe* Concilium Epiſcoporum 218. de Arianis Epiſc. pœnitentibus ſuſcipiendis, & contra vagos clericos.
535	*Aruernenſe* Concilium in Gallia; in II. *Tomo Concilor.* fol. mihi 557.
536	*Conſtantinopolitana* Synodus poſt Conſulatum Beliſarij die 2. Martij cœpta, & conuocata à Legatis Agapiti Papæ interim defuncti, & à Menna Epiſcopo Conſtantinop. eiuſdem Agapiti Vicario Apoſtolico, in qua damnati ſunt Anthimus Epiſcopus, Seuerus, Petrus, & Zoaras hæretici.
536	*Hieroſolymitanum* Concilium die 19. Septembris, de quo *Baronius* ad hunc annum, & in quo ijdem hæretici damnati, qui in Conſtantinopolitano.
540	*Aurelianenſis* Synodus, de qua in II. *Tomo Concil.* fol. mihi 566. ſed videndus *Baron.*
541	*Byzacenum* Concilium, de quo plura *Baronius* hoc anno.
541	*Aruernenſe* Concilium 15. inſignium Epiſcoporum contra vſurpantes bona Eccl.
545	*Aurelianenſe* Concilium IV. de Victoris Cyclo Paſchali ſeruando.
550	*Mopſueſtena* Synodus iuſſu Iuſtiniani Imperat. coacta, conſenſu Vigilij Papæ, in cauſa Theodori Mopſueſteni olim Epiſcopi, cuius nomen meritò in Sacris Diptychis deletum fuerat, vtpote Neſtorianiſmo infecti.
552	*Aurelianenſis* Synodus V. Epiſcopor. 48. & Archidiaconor. aut Presbyteror. 19. anno 38. Childeberti Francorum Regis congregata occaſione Trium Capitulorum, & in ea damnatæ hæreſes Neſtorij, & Eutychetis die 5. kal. Nouembris, eius 23. Canones habemus in II. *Tomo Concil.* fol. mihi 574.
553	*Conſtantinopolitana* Synodus dicta Quinta Generalis, ſuaſu Vigilij Papæ à Iuſtiniano Imper. indicta, ſperante confirmanda eſſe à Synodo Tria ſua Capitula, quæ ediderat nempè contra Theodorum Mopſeuſtenum Epiſcopum, contra Ibam Epiſcopum Edeſſenum, & contra Theodoretum Epiſcopum Cyrenſem, quos damnatos eſſe in Concilio Chalcedonenſi alij aſſerebant, alij negabant, dicendo damnatam eſſe doctrinam illorum, ſed non perſonas, vnde ortum eſt inter Catholicos grauiſſimum Schiſma. Cœpta eſt prima Seſſio die 4. Maij ab Epiſc. 160. abſente Vigilio Papa ob ægritudinem, & eo inuito, & vltima Seſſio fuit d. 2. Iunij, ſed hæc acta tunc minimè à Vigilio ſunt probata; ſed poſtea accedente conſenſu Vigilij, & ſucceſſorum inter Oecumenicas Synodos fuit recenſita, eamq; veneratus eſt S. Gregorius Papa lib. 1. epiſt. 24. quatenus in ea damnata eſt doctrina Theodori Mopſeuſteni, & epiſtola Ibæ, & Theodoreti ſcripta contra Cyrillum.
559	*Pariſienſis* Synodus, contra miniſtros Regios res Eccleſiaſticas vſurpantes, de qua *Tomo* 2. Concilior. & apud *Baronium* hoc anno.
563	*Bracharenſe* Concilium anno 3. Theodomiri Regis kal. Maij contra hæreſes, & pro diſciplina Eccl. cuius extant in 2. Tomo Canones 40. quibus 8. Epiſc. ſubſcripſere.
566	*Santonenſis* Synodus à Leontio Burdegalenſi Epiſcopo conuocata, in qua depoſitus fuit Emerius in Santorenſem Sedem à Clotario Rege intruſus, cætera vide in *Gregorio Turonenſi* lib. 4. cap. 26.
569	*Lucenſe* Concilium in Gallicia iuſſu Theodomiri coactum ad confirmandam fidem Catholicam, & pro diuerſis Eccleſiæ cauſis Aera 607. Kal. Ianuarij vt refert *Ambroſius Morales* in Chronic. Hiſp.
570	*Turonenſe* Concilium anno 7. Chariberti Regis d. 17. Nouembris, cuius Canones habemus *Tomo* 2. *Concilior.* fol. 817.
570	*Lugdunenſe* Concilium Prouinciale anno 6. Guntramni Regis; de quo in 2. *Tomo Concil.* fol. 824.
572	*Bracharenſe* Concilium II. anno 2. Ariamiri Regis Æra 610. d. 15. Decembris Epiſcopor. 12. pro Eccl. Diſciplina in 2. Tomo Concil pag. 828.
572	*Lucenſe* II. Concilium, de quo *Ambroſ. Morales* lib. 1. Chron. c. 62.
576	*Pariſinum* ſub Gantheramno & anno 580. in cauſa Pretextati.
582	*Matiſconenſe* Concil. pro Eccl. diſciplina, & contra Iudæos, Calendis Nouembris Indict. 15. anno 18. Guntheramni, non 12. vt corruptè habent quidam Codices, ex Indictione emendandi.

Bren-

Anni Chriſti.	
583	*Brennancenſe* Concilium in Gallia, in quo innocentia Gregorij Turonenſis patefacta fuit, & Riculfus eius calumniator damnatus ex ipſo *Gregorio* l.5. a c.47. ad 49.
586	*Lugdunenſis* Synodus anno 22. Guntheramni Regis menſe Maio: pro Eccl. diſcipl. extat in 2. tomo Concil. fol.mihi 852. *Baronius* tamen differt illam ad annum 587,
587	*Conſtantinopolitana* Pſeudoſynodus Mauritio Imperatore, & Conſule conuocata à Ioanne epiſc. Conſtantinop. prætextu Gregorij epiſcopi Antiocheni, qui tamen abſolutus fuit; ſed reuera, vt ſe epiſcopum vniuerſalem nominaret; ideoq; à Pelagio Papa irritata, excepta tamen abſolutione Gregorij; ex *Euagrio* l. 6. c. 7. & S. Gregorio lib. 4. epiſt. 38. & lib. 5. epiſt. 69.
588	*Valentina* Synodus in Gallia Epiſcoporem 17. in qua cauſæ pauperum cognitæ, & donationes factæ à Rege, ac Regina Eccleſijs, confirmatæ anno 24. Guntheramni Regis labente d.22.Iunij habetur in 2. *Tomo Concil.* pag. 853. *Baronius* autem eam transfert ad annum 589.
588	*Matiſconenſis* Synodus II. Anno 24.Guntheramni Regis, cui ſubſcripſere Epiſcopi 62. & ipſe Rex 4. Idus Nouembris.
589	*Toletanum* Concilium III, Epiſcoporum 70. anno 4. Reccaredi Regis pro ſtabilienda fide Catholica contra Arianos, Æra 627. cui præfuit nomine Pelagij Papæ S. Leander epiſc. Hiſpal. vt Legatus Pontificis; cœpta eſt 8. *Idus* Maij, cui interfuit Reccaredus ipſe Rex Catholicus, ſubſcripſitq; Symbolo fidei Nicæno, Conſtantinopolitano, & Chalcedonenſi, ſicut & Badda Regina. *Extat in* 2. *Tomo* pag. 859.
590	*Hiſpalenſe* Concilium anno 5. Reccaredi Regis, Æra 628. præſidente S. Leandro habemus in 2. *Tomo Concil.* ædit.Venetæ pag. 869.
592	*Cæſarauguſtanum* Concilium Æra 630. anno 7. Reccaredi Regis, Epiſcoporum 14. de Reliquijs Sanctorũ in Eccleſijs Arianorum repertis, & igne probandis, & alijs rebus Eccleſiaſticis.
894	*Metenſis* Synodus in Gallia anno 15. Childeberti Regis, in qua Ægidius Rhemenſis epiſcopus reus maieſtatis peractus, in ordinem redactus eſt: ex *Gregorio Turonenſi* l.10. c. 20.
595	*Romana* Synodus 5. die Iulij Indict. 13. anno 10. Mauritij epiſc. 23. Presbyteror. 35. huius Canones extant in principio *Tomo III. Concilior.*
597	*Toletana* Synodus Epiſcopor. 16. Æera 635. anno 12. Reccaredi Regis.
598	*Oſcenſe* Concilium Æra 636. apud *Baronium*, & Narbonenſe.
599	*Barcinonenſe* Concilium Æra 637. kal. Nouembris contra hæreſim Simoniacam.
601	*Romana* Synodus à S. Gregorio Papa conuocata nonis Aprilis Epiſcoporum 20. & Presbyterorum multorum, atq; Cardinalium de bonis Monachorum à nemine vſurpandis, & de Monachis inuito Abbate non ordinandis, & iterum contra Andream Græcum hominem, de quo ipſe S. *Gregorius* lib.9. epiſt. 69.
602	*Bizacenum* Concilium iuſſu S. Gregorij Papæ coactum, pro examinanda cauſa Clementis Primatis eius Prouinciæ de multis accuſati, vide *l.*10.*Epiſt.* 35. *S. Greg.*
604	*Anglicana* Synodus gemina ab Auguſtino hoc anno relata, ſed fortè antea celebrata de quibus *Beda* lib. 2. hiſt. Angl. c.2.
606	*Romana* Synodus à Bonifacio Papa III. conuocata Epiſcoporum 72. Presbyterorum 34. cum reliquo Clero, in qua decreuit, ne quis viuente Pontifice ageret de ſucceſſore eius, ſed electionem faciendam à die 3. depoſitionis eius; *ex Anaſtaſio Bibliothecario.*
610	*Romana* Synod 3. Kal. Martij à Bonifacio IV. Papa congregata, de rebus Anglorum, de quibus *Beda* lib. 2. hiſt. Angl. c. 4.
610	*Toletanum* Concilium ſub Gundemaro Rege, pro Primatu Toletanæ ſedis, anno 1. dicti Regis Æra 648. die 23. Octobris ſubſcripſere Epiſcopi 15.
614	*Antiſiodorenſe* Concilium, cuius decreta extant in III. *Tomo Concil.* pag. 51.
619	*Hiſpalenſis* Synodus Æra 657. Idib. Nouemb. anno 9. Regis Siſebuti, de qua in III. *Tomo Concilior.* fol. 54.
633	*Alexandrina* Synodus coacta à Cyro Monothelita, Indictione 6. de qua in 6. Synodo Act. 13.
633	*Toletanum* Concilium IV. Epiſcoporum 62. Æra non 681. ſed 671. vt ex Loaiſa ſcribendum docui Tomo I. lib. 9. cap. 9. nu. 6. anno 3. Siſennandi Regis, Nonis Decembris, cuius Acta lege in III. *Tomo Concil.* fol. mihi 67.
636	*Toletanum* Concilium V. Epiſcoporum 20. anno 1. Cinthilani Regis, Æra non 684. ſed 674. vt ex Garcia Loaiſa docuimus Tomo I. lib. 9. c. 9.
638	*Toletanum* Concilium VI. Epiſcoporum 52. anno II. Cinthilani Regis Æra 676. ſic enim ſcribendum docuit Loaiſa, in quo decretum fuit in primis ne Reges Hiſpaniæ ad Regium ſolium admitterentur, niſi priùs iurarent de tenenda, & tuenda Catholica fide, ipſo Rege annuente Cinthilano.
639	*Conſtantinopolitana* Pſeudoſynodus, in qua Sergius Patriarcha Conſtantinop. confirmauit Heraclij Imperatoris Ectheſim, ſeu formulam fidei, ſed vnicam in Chriſto voluntatem, vt Monothelitæ volebant, agnoſcentem, quod & præſtitit Pyrrhus Sergij ſucceſſor, ſed poſtea pœnitens, & Cyrus Epiſcopus Alexandrinus Imperatoris adulator.
646	*Africana* Synodus triplex contra Monothelitas, nempè Byzacena ſub Stephano Primate Epiſcoporum 42. Carthagin. Epiſc. 68. &c.
646	*Toletana* Synodus VII. anno V. Chindaſuindi Regis Aera 684. extat in III. *Tomo Concilior.* pag. 181.
648	*Romana* Synodus, in qua à Theodoro Papa damnatus eſt Paulus Patriarcha Conſtantinopolitanus, & Sergius hæreticus Monothelita, & Pyrrhus, qui ad vomitum reuerſus erat: *ex Anaſtaſio Bibl. & Græcorum Annalib.*
649	*Lateranenſis* Synodus ſub Martino Papa 3. Nonas Octobris cœpta, in qua Typus Conſtantis Imperatoris reiectus eſt, & damnati Monothelitæ, Sergius, Pyrrhus, & Paulus Conſtantinopolitani olim Patriarchæ, Cyrus Alexandriæ, & Theodorus Antiſtes: extat in III. *Tomo Concilior.* à pag. 88. ad 180. cum ſubſcriptionibus Epiſcoporum 108.
653	*Toletanum* Concilium VIII. anno 5. Recceſuinthi Aera 692. die 18. Decembris Epiſcoporum 52. Abbatum 12. Vicariorum 10. extat *Tomo III. Concilior.* fol. 184.
655	*Toletanum* Concilium IX. anno 7. Recceſuinthi Aera 693. Epiſcoporum 16. contra vſurpatores bonor. Eccl.
656.	*Toletanum* Concilim X. anno 8. Recceſuinthi Aera 694. Epiſcoporum 20. Vicariorum 5. de quo in III. *Tomo Concil.* pag. 204. mihi.
662	*Clypiacenſis* Synodus in Territorio Pariſienſi anno 16. Clodouei Regis, de qua *Aimoinus* l. 4. cap. 41.
666	*Emeritenſis* Synodus anno 18. Recceſuinthi, Aera 704. pro optimo Eccleſiæ ſtatu.
667	*Romana* Synodus, in qua Vitalianus Papa abſoluit Ioannem Epiſcopum Lappæ in Creta accuſatum ab Archiep. Cretæ,

Anni Chriſti.	
672	*Anglicana* Synodus conuocata à Theodoro Archiep. Dorouernenſi, authoritate Apoſtolica, pro vnitate, & pace Eccl. de qua *Beda* de geſtis Anglorum lib.4. cap.5. extatq; in III. *Tomo Concil.* fol. mihi 215.
675	*Toletanum* Concilium XI. anno 4. Vuambæ Regis, Aera 713. ſub Adeodato Papa 7. Idus Nouemb. cuius Canones habemus in III. *Tomo Concilior.* fol.215.
675	*Bracharenſis* Synodus III. Epiſcoporum Luſitanorum 8. pro Eccl. diſciplina, de qua in III. *Tomo Concilior.* pag. 224.
679	*Mediolanenſis* Synodus iuſſu Agathonis Papæ conuocata à S. Manſueto Epiſcopo Mediolan. in qua damnati Monothelitæ, & in vna Chriſti perſona aſſertæ duæ voluntates, ac operationes.
679	*Anglicana* Synodus, de qua *Beda* lib. 4. cap.17.
680	*Romana* Synodus ſub Agathone Papa poſt Paſcha, Epiſcoporum 125. contra Monothelitas, & decreta Legatio ad Conſtantinum Pogoniatem Imper. pro indicenda Synodo generali.
680	*Conſtantinopolitanum* Concilium III. inter Oecumnica VI. cœptum 7. die Nouembris Epiſcoporum ab initio 150. ſed creuerunt vſque ad 289. licet vltimæ Actioni non numerentur ſubſcripti niſi 166. celebratum eſt in Sacro Secretario Palatij dicto *Trullo* ab hemiſphærij faſtigio. Quia verò Monothelitæ loca Patrum mutilata produxerant, poſtulatu Legatorum Pontificiorum, ad recognoſcendos authenticos Codices dilata eſt actio VII. in Februarium, diemq; eius 13. anni ſequentis, & die 28. Martij damnati Monothelitæ, ac Macharius Epiſcopus Antiochenus, cum ſuo diſcipulo Stephano, qui auſi fuerant Honorium Papam pro Monothelitis producere. Concilim autem abſolutum fuit Actione 18. die 16. Septembris anni 681. & ſcripta Epiſtola Synodalis ad Agathonem Papam pro confirmatione Concilij.
618	*Toletanum* Concilium XII. die 10 Ianuarij anno primo Eruigij Regis, Aera 719. Epiſcoporum 35. Vicariorum 3. Abbatum 4. pro confirmatione Regis noui, qua occaſione conditi canones, de quibus in III. *Tomo Concil.* pag. 374.
682	*Rothomagenſis* Synodus ſub S. Ansberto Epiſc. de quo *Surius* ad diem 9. Februar.
683	*Toletanum* Conciiium XIII. die 4. Nouembris Epiſcoporum 48. Vicariorum 27. pro Eccl. diſciplina, & approbata doctrina catholica de duabus in Chriſto voluntatibus, atq; operationibus, Miſſa Synodali Epiſtola ad Leonem Papam. Extant hæc in *III. Tomo Concilior.* fol. 383.
684	*Toletanum* Concilium XIV. Aera 722. cœpta 14. Nouembris.
685	*Gallicana* Pſeudoſynodus iuſſu Theodorici Regis, inſtigante Ebroino Magiſtro domus ad puniendos Epiſcopos, de qua *Sigebertus* in Chronico ad hunc annum.
688	*Toletanum* Concilium XV. Epiſcoporum 61. Vicariorum 5. Abbatum 11. Comitum 17. Aera 727. die 11. Maij ſuper duobus iuramentis Regis Egicanis; quæ videbantur ſibi inuicem aduerſari, de quibus vide hic *Baronium.*
692	*Conſtantinopolitana* Pſeudoſynodus, de cuius impoſtura videndus *Baronius.*
693	*Toletanum* Concilium XVI. Epiſcoporum 59. Vicariorum 3. Abbatum 5. pro deponendo Siſberto Archiepiſc. Toletano, coniurationis aduerſus Regem Egicanem conuicto; cui ſubſtitutus eſt Felix, antea Epiſcop. Hiſpalenſis.

Anni Chriſti.	
694	*Toletanum* Concilium XVII. die 9. Nouembris, Aera 732. aduerſùs Iudæos, qui contra Regem, & Chriſtianos conſpirarant, qui in ſeruitutem redacti ſunt.
697	*Traiectenſe.*
698	*Aquileienſis* Synodus, de qua *Paulus Diaconus* lib.5. cap.14.
701	*Toletanum* Concilium XVIII. cuius Acta periere.
705	*Romana* Synodus à Ioanne Papa conuocata, de qua hoc anno *Baronius*, eodemq; anno Synodus Anglicana pro reſtitutione S. Vuelfridi in ſuam ſedem, de qua *Beda* lib.5. c.19.
712	*Conſtantinopolitana* Pſeudoſynodus ad nutum Philippici Imper. & ad libitum Patriarchæ Monothelitæ damnata fuit VI. Synodus Oecumenica.
821	*Romana* Synodus Epiſcoporum 22. Indictione 4. menſe Aprili ſuper coniugijs illicitis.
728	*Romanum* Concilium ſub Gregorio II. contra Iconoclaſtas pro cultu Sacrarum Imaginum, ex quo miſſæ litteræ commonitoriæ ad Leonem Iſauricum Imperatorem Iconomachum.
740	*Germanicum* Concilium Auguſtæ, vt creditur, celebratur à S. Bonifacio Germaniæ Apoſtolo iuſſu Gregorij III. cuius Concilij decreta ex epiſtola 48. Bonifacij depromit *Baronius.*
742	*Francicum* Concilium ſub Carolomanno Duce Francorum celebratum à S. Bonifacio 11. kal. Maij, de quo in III. Tomo Concilior. pag. mihi 437.
743	*Liptinenſe* Concilium in Germania, præſente Carolomanno, Kal. Martij, de quo in Actis S. Bonifacij, & *Benedictus Leuita* in Capitularibus Regum Francor.
743	*Romana* Synodus celebrata à Zacharia Papa anno 32. Luithprandi Regis: cuius decreta ex Vaticana Bibliotheca depromit *Baronius.*
744	*Sueſſionenſis* Synodus, de qua in III. *Tomo Concilior.* fol.438.
745	*Romana* Synodus 25. Octobris contra Aldebertum, & Clementem hæreticos, & pſeudoapoſtolos, de qua in vita *S. Bonifacij* l. 2. c.4. apud Surium ad diem 5. Iunij.
754	*Conſtantinopolitanum* Conciliabulum epiſcoporum 338. conuocatum à Conſtantino Copronymo contra cultum Sacrarum Imaginum, quod durauit à die 10. Februarij ad diem 8. Auguſti de quo *Theophanes*; ſed Stephanus III. Papa hanc Pſeudoſynodnm tanquam Synagogam Sathanæ damnauit.
755	*Vernenſe* Concilium ſub Pipino Rege Francorum 5. Idus Iulij, cuius capitula 26. habemus in 3. *Tomo Concilior.* fol. mihi 439.
761	*Romanum* Concilium ſub Paulo Papa, de quo *Baronius* hic.
766	*Gentiliacenſis* Synodus in Gallia ſub Pipino, de cultu Sacrarum Imaginum, & proceſſione Spiritus Sancti: ex *Ædone Viennenſi* in Chronico.
769	*Romanum* Concilium conuocatum ex Italia, & Gallia à Stephano IV. Papa contra Conſtantinum Apoſtolicæ Sedis inuaſorem, menſe Aprili, & pro cultu Sacrarum Imaginum, de quo Concilio *Anaſtaſius Bibiliothec.* in Stephano IV.
770	*Vuormatienſe* Concilium iuſſu Caroli Magni, cuius extant canones 80. & de eo *Benedictus Leuita* in Capitularibus Regum Francor lib. 6. c. 285. & 286.
774	Hoc anno *Sigebertus in Chronico* fingit per ſummam impoſturam celebratum ab Hadriano Papa Concilium Romanum, & conceſſam Carolo Magno electionem Summi Pontificis, & inueſtituras dignitatum Eccleſiaſticarum: ſcribebat verò hæc Sigebertus anno M. C. XI. in gratiam Henrici Imperatoris Schiſmatici, talia ſibi

Anni Christi.

ſibi vſurpantis, ſed cum falſitatis Hiſtoriæ conuincit *Eminentiſſ. Baronius* adhunc annum 774. vbi etiam oſtendit malè à Gratiano id ſuppoſitum diſt. 65. c.22.

777 *Paderbonenſis* Synodus, & altera anno 785.

787 *Nicenum* II. Concilium in Bithynia Oecumenicorum Septimum, Epiſcoporum 350. conuocatum à Conſtantino Imp. & Irene eius matre præſidentibus Hadriani Papæ Legatis, ſeu Vicarijs, & Taraſio Patriarcha Conſtantinopolitano; cœptum eſt d. 24 Septembris, abſolutum d. 12. Octobris; ibi potiſſimum decretus eſt cultus Sacrarum Imaginum. Reliqua extant in 3. *Tomo Conciliorum* à fol. 453. ad 633.

792 *Ratiſponenſe* Concilium.

794 *Francofordienſis* Synodus ad Mœnum anno 26. Regni Caroli Magni præſentis, in qua damnatum eſt Conciliabulum Conſtantinopolitanum anni 754. ſub Copronymo factum contra Sacras imagines, quod pro VII. Synodo Oecumenica volebat haberi Copronymus; dicta eſt autem hæc Synodus Francfudienſis, *Plenaria* vtpote Epiſcoporum circiter 300. ex Italia, Gallia, Germania præſentibus Legatis Hadriani Pontificis, & in ea damnati non ſolùm Iconoclaſtæ, ſed etiam Elipandus Epiſcopus Toletanus, qui dicebat Chriſtum non eſſe Filium Dei naturalem, ſed adoptiuum tantum. Vide in *Tomo III. Concilior.* à fol. 633.

794 *Foroiulienſis* Synodus paulo poſt Francfordienſem ponitur in eodem 3. Tomo pag. 665.

806 *Concilium* habitum in *Villa Theodonis* Baronius hoc anno ponit quem vide, alij autem anno 812 vt habetur in 3. Tomo Concilior. fol. 677.

809 *Aquisgranenſe* Concilium à quo miſſi ad Leonem Papam III. Legati petentes, vt liceret publicè in Eccleſia canere Symbolum cum illo de Spiritu Sancto additamento. *Qui ex Patre Filioq; procedit*; quod non conceſſit Leo tenax antiquæ formulæ, & aſſerens non quidquid creditur de fide, eſſe canendum publicè.

813 *Arelatenſis* Synodus Æra 851. 6. Id. Maij habetur Tomo 3. Concilior. fol. 679. & *Turonenſis* ibidem fol. 682. & Cabilonenſis fol. 686. & *Moguntiacum* fol. 693. & *Rhemenſis* fol. 700.

816 *Aquiſgranenſe* Concilium ſub Ludouico Imper. Indict. 10. ponitur in Tomo 3. Concilior. fol. mihi 703. eſto *Baronius* illud ex Capitularibus Regum Francorum ponat Indict. 11. ann. 817.

828 Quatuor Concilia iuſſu Ludouici Imper. hoc anno indicta, *Moguntiacum*, *Pariſienſe*, *Lugdunenſe*, *& Toletanum*, ſed anno 829. quædam celebrata ex III. Tomo Concil.

833 *Compendienſe* Concilium menſe Octobri: de quo *Baronius*.

834 *Moguntina* Synodus præſidente Rabano, de qua in 3. *Tomo* Concil. fol 382.

836 *Aquiſgranenſe* Concil. menſe Februarij malè notatum anno 833. vt docet *Baronius* hoc anno 836. vnde corrigendus annus 833. quem notatum vidimus tomo III. Concil. pag. 820. pagina autem 840. notatur aliud Concilium *Aquiſgranenſe* anno 837.

842 *Aquiſgranenſis* Conuentus de iuribus Regni: de quo hic *Baronius*.

845 *Meldenſis* Synodus in 3. *Tomo Concilior.* fol. 865.

846 & 847. *Pariſienſis* Synodi, & Tycinenſe 850.

852 *Moguntina* Synodus præſidente Rabano indicatur à *Baronio* in fine anni 852.

853 *Sueſſionenſis* Synodus menſe Aprili, præſente Carolo, de quo *Frodoaldus* lib 3. hiſt. Rhem. c. 11.

853 *Meduacenſis* Synodus eodem anno in 3. *Tomo Concilior.* pag. 881.

853 *Romanum* Concilium Generale cœptum die 8. Decembris, ibi depoſitus fuit Anaſtaſius preſbyter Cardinalis, quod per annos 5. deſeruiſſet ſuam Parochiam.

855 *Valentina* Synodus in Gallia menſe Ianuario Epiſcoporum 14. viuente adhunc Leone Papa, contra Gotheſcalcum Scotum erroneam de prædeſtinatione doctrinam diſſeminantem, ac dictitantem malos perire, quia boni eſſe non potuerunt; cum reuera pereant, quia boni eſſe noluerunt: extant decreta huius Synodi in 3. *Tomo Concilior.* editionis Venetæ fol. 888.

855 *Ticinenſis* Synodus Februario menſe d. 4. Ciſalpinorum Epiſcoporum iuſſu Ludouici Auguſti, pro Immunitate Eccleſ. in Tomo 3. Concilior. pag. 894.

857 *Moguntina* Synodus celebrata à Carolo ſucceſſore Rabani defuncti 4. die Februarij ex *Annalibus Francorum, & Chronico Pichoei.*

859 *Tullenſis* Synodus in Territorio Tullenſi Lotharingiæ ex prouinciarum in 12. Epiſcopis conflata, contra Prædeſtinatianorum hæreſim, & contra Venileonem Archiepiſcopum Sennonenſem, qui defecerat à Carolo ad Ludouicum aliiſq; de cauſis ex *Codice Antonij Auguſtini*.

861 *Conſtantinopoli* Conciliabulum Schiſmaticorum 318. iuſſu Michaelis Imperatoris, quo damnatus Ignatius Sanctiſſimus Patriarcha, & Photij intruſio confirmata ex epiſtolis *S. Nicolai Papæ* à 5. ad 10. qui eam Synodum *Latrocinalem* appellat.

861 *Romanum* Concilium in cauſa Ioannis Epiſcopi Rauennatis Tyrannicè dominantis ex *Hieronymo Rubeo* in hiſt. Rauen. & *Anaſtaſio Bibl.* in Nicolao Papa.

862 *Romana* Synodus, in qua Nicolaus Papa damnauit repullulantem hæreſim Theopaſchitarum aſſerentium cum Valentino, Marco Apollinari, & Euthychete Diuinitatem paſſam eſſe, cum tamen Petrus expreſsè dixerit: *Chriſto igitur in carne paſſo &c.* videnda Epiſtola 70. Nicolai Papæ apud *Baronium*.

862 *Aquiſgranenſis* Synodus 3. kal. Maij in qua perperam iudicatum eſt Lotharium poſſe diſſoluere Matrimonium cum Theutperga Regina, & iungi Vualdradæ, quam deperibat; conficta cauſa diſſoluendi Coniugij: ſed Nicolaus Papa hæc acta reprobauit, & excommunicauit Epiſcopos illos, præcipue Colonienſem, & Treuirenſem.

862 *Gallicanum* Concilium ad *Sablonarias* 3. Nouembris, quò iuſſu Nicolai Papæ conuenerunt præter Præſules Regni, Abbates Comiteſque circiter 200. Reges Ludouicus, & Carolus fratres, & Lotharius nepos pro correctione, & reductione Engeltrudis ad coniugem ſuum Comitem Boſonem, quæ iam Septennio vaga, & effreni libidine ab ipſo diſceſſerat: ex *Codice Antonij Auguſtini*.

863 *Romanum* Concilium, in quo Nicolaus Papa reſtituit in ſuam Sedem Conſtantinopolitanam Ignatium, damnauitq; Photium eiuſq; ordinatorem Gregorium Syracuſanum Epiſcopum, & Legatos Apoſtolicos Rodoaldum, & Zachariam, qui ordinationi Photij, & depoſitione Ignatij, contra mandatum Papæ conſenſerant. Photio poſt hæc furente, & aliud conciliabulum Schiſmaticorum cogente contra Nicolaum Papam: ex *Anaſtaſ. Bibliothetario*.

863 *Piſtenſem* Conuentum ad Sequanam Procerum potiuſquàm Epiſcoporum habemus in 3. *Tomo Concilior.* fol. 900.

863 *Metenſis* Synodus dicta Proſtibulum, in qua conficta calumnia inceſtuoſi congreſſus Theutbergæ cum fratre, approbatum fuit diuortium Lotharij, & eius coniugium cum Vualdrada.

La-

Anni Chriſti.	
863	*Lateranenſis* Synodus, in qua Nicolaus Papa damnauit acta in Synodo Metenſi.
863	*Syluanectenſe* Concilium menſe Iunio conuocatum ab Hincmaro Archiep. Rhemenſi, in quo depoſuit Rhotaldum Epiſcopum Sueſſionenſem; quæ Nicolaus Papa reprobauit: ex Epiſtolis pluribus Nicolai a 28. ad 40.
865	*Romana* Synodus Februario menſe, in qua per Nicolaum Papam Rothaldus reſtitutus eſt in Sedem Sueſſionenſem: ex *Anaſtaſio Bibliothecario*.
866	*Sueſsionenſe* Concilium iuſſu Nicolai Papæ conuocatum pro iudicanda cauſa Clericorum, quos Hincmarus Rhem. Archiep. depoſuerat.
868	*Vuormatienſis* Synodi d. 16. Maij decreta 80. valde ſalubria habemus in 3. *Tomo Conciliorum* editionis Venetæ fol. 977.
879	*Conſtantinopolitanum* Concilium IV. & inter Oecumenica VIII. anno 2. Hadriani Papæ & 3. Baſilij Imperatoris Epiſcoporū 373. Ibi combuſta Acta Photij in Synodo contra Nicolaum Papam, & Ignatium, Photij intruſio damnata, eiuſq; opinio de duabus animabus rationalibus in homine, & ipſe anathematizatus; Sacrarum Imaginum cultus aſſertus; Ignatius in ſuam Sedem plenè reſtitutus, & alia decreta, quæ extant in IV. *Tomo Concilior.* à pag. 3. editionis Venetæ.
870	*Colonienſis* Synodus pro Eccleſiaſt. diſcipl. 6. kal. Octob. ex *Chron. Francor. Pithoei*.
873	*Romana* Synodus contra Adelginum pro Ludouico Imp. ex Chron. Reginonis.
876	*Pontigonenſis* Synodus 16. Kal. Aug. de qua ex Odoranno *Baronius*, Acta huius Concilij pro Carolo Imper. confirmata fuere à Ioanne Papa in Synodo Romana menſe Februario anni 877. vt habet *Aimoinus* l. 5. c. 35.
876	*Ticinenſe* ſub Ioanne VI.
877	*Compendij* Synodus habita à Carolo Imper. Paſchatis tempore coràm legatis ſedis Apoſtolicæ kal. Maij antequam veniret in Italiam contra Paganos inuitatus à Ioanne Papa ex *Aimoino* l. 5, c. 35.
877	*Trecenſe* Concilium generale Epiſcoporum Galliæ, & Germaniæ in quo confirmata eſt à Ioanne Papa excommunicatio quorundam Eccleſiæ hoſtium, & auxilia ab eodem petita contra inimicos Eccleſiæ *Aimoinus* l. 5. c. 37.
879	*Romana* Synodus à Papa Ioanne celebrata menſe Maio pro electione noui Imperatoris in locum Ludouici d. 10. Aprilis defuncti ex *Aimoino* l. 5. c. 39.
881	*Romana* Synodus à Ioanne Papa conuocata menſe Martio contra Athanaſium principem ſimul, & Epiſcopum Neapolitanum, qui tyrannicè cum Sarracenis infeſtabat Beneuentum, Capuam, Salernum, & Romam: ex *Leone Oſtienſi* lib. 1. Chron. Caſſin. c. 42. & *Ioannis Epiſt. pluribus*.
887	*Colonienſis* Synodus Kal. Aprilis, extat in IV. *Tomo Concilior.* pag. 17.
888	*Moguntina* Synodus mortuo Carolo Imper. pro nouo Rege Arnulpho: in IV. *Tomo Concilior.* fol. 18. *Metenſe* autem Concilium folio 24.
893	*Romana* Synodus generalis conuocata à Formoſo Papa kal. Martij ob graues perturbationes, quibus Eccleſia vexabatur, cui interfuiſſe Fulconem Archiepiſc. Rhemenſ. teſtatur *Frodoardus* lib. 4. c. 1.
895	*Triburienſis* Synodus prope Moguntiam Epiſcoporum 22. cuius capita 58. habemus in IV. *Tomo Concilior.* fol. 26. & fol. 42. Nannetenſe Concilium incerto anno.
901	*Occetenſis* Synodus in Galloecia, in qua Occetenſis Sedes conſtituta eſt Metropolitana, & eius Præſul Ermenegildus eſt appellatus Archiepiſcopus ex conceſſione Sedis Apoſtolicæ.
904	*Romana* Synodus Epiſcoporum 74. à Ioanne Papa IX. conuocata, in qua decretum eſt coronationem Berengarij in Imperatorem nullam eſſe, vtpotè vi extortam; Lamberti autem legitimam, quod firmatum eſt in Synodo. *Rauennam* translata in qua etiam confirmata fuit Formoſi Papæ ordinatio, quem Stephanus depoſuerat: *ex Sigeberto, & Baronio*.
941	*Sueſsionenſis* Synodus, in qua Archiepiſcopatus Rhemenſis adiudicatus eſt Hugoni, & pulſus eſt Artaldus; ex *Frodardi* Chronico, & *hiſtoriā Rhem.* lib. 4. c. 27.
948	*Treuirenſi* Pſeudoſynodus.
963	*Romana* Synodus in cauſa Ioannis Papæ accuſati, ipſo abſente, ab Othone Imper. de qua videndus *Baronius*; cum enim agnoſcerent eum pro Summo Pontifice, non licebat eis ipſo inſcio, aut inuito conuocare Concilium cōtra ipſum, nedum ſubſtituere illi Leonem VIII.
963	*Conſtantinapol.* Synodus in cauſa Matrimonij Nicephori Phocæ, de quo *Luithprandus* in relatione ſuæ Legationis.
964	*Romanum* Concilium die 26. Februarij conuocatum à Ioanne XII. Papa, in quo damnatus fuit Leo VIII. Schiſmaticè intruſus in Sedem Apoſtolicam, & alij Epiſcopi Schiſmatici: Eſto enim Ioannes XII. fuerit multis ſceleribus inuolutus, non ideo tamen fuit illegitimus Pontifex, quidquid dicat *Luitprandus* lib. 6. c. 11. in hoc Donatiſtarum hæreſim redolens.
967	*Rauennæ* Synodus habita poſt Paſcha à Io. XIII. præſente Othone Imper. de multis ad vtilitatem Eccleſiæ ſpectantibus, *ex Reginonis Chron.*
970	*Anglicanum* Concilium Generale authoritate Ioannis XIII. Papæ celebratum à S. Dunſtano Archiep. Cantuarienſi, aduersùs incontinentiam Clericorum: ex Actis *S. Oſuualdi apud Surium* die 15. Octobris.
971	*Romana* Synodus Generalis conuocata à Io. XIII indicata à *Baronio*.
989	*Romana* Synodus pro S. Adalberto reuocando ad Epiſcopatum Pragenſem ex Monaſterio, quo ſe Romæ ante annum quintum de licentia Summi Pontificis receperat; ita requirentibus Pragenſibus, quod & impetrarunt. *Surius* in Vita S. Adelberti die 23. Aprilis.
993	*Romana* Synodus pro Canonizatione S. Vdalrici Epiſcopi Auguſtani die 31. Ianuarij, ex Actis à *Marco Vuelſero* in lucem editis.
995	*Rhemenſis* Synodus in cauſa Arnulphi Archiepiſcopi.
996	*Romana* Synodus, in qua Gregorius V. ſuaſu Othonis determinauit ſeptem Electores Imperij: qua de re contra Nouatores doctè *Baronius* hoc anno.
999	*Romana* Synodus à *Baronio* indicata ad hunc annum.
1012	*Legionenſe* Concilium in Hiſpania, Aera 1050. die 25. Iulij coràm Alphonſo Rege, & Regina Geloira, *ex Codice Antonij Auguſtini*.
1017	*Aurelianenſis* Synodus iuſſu Roberti Regis conuocata aduersùs Manichæos in Gallia renatos, ex *Glabro* lib. 3. c. 8.
1022	*Salegunſtadienſis* Synodus prope Mogontiam, cuius decreta extant in IV. *Tomo Concilior.* fol. 45.
1023	*Moguntina* Synodus indicata in geſtis *S. Gothardi* apud *Surium* d. 4. Maij c. 22.
1029	*Lemouicenſis* Synodus, de qua in *Chronico Gaufredi Monachi*.
1035	*Triburienſis* Synodus, de qua *Hermannus* Contractus in Chronico.

Sutri-

Anni Chriſti	
1046	*Sutrinum* Concilium, in quo Gregorius VI. ſpontè ceſſit Pontificatui, eiq; ſubſtitutus eſt Clemens II. à quo anno 1047. *Romanum* Concilium conuocatum eſt pro reformatione Eccleſiæ, & contra Simoniacos, ex *Hermanno in Chronico*, & *Hieronymo Rubeo* in hiſt. Rauen. qui ait Rauennatem Epiſcopum propiùs Papæ ſediſſe ſupra Mediolanenſem, & Aquileienſem.
1049	*Romana* Synodus ſub Leone IX. contra Simoniacos, ex B. Petro Damiano epiſt. 16. c.30.
1049	*Rhemenſe*, & deindè Moguntinum Concilium, Epiſcoporum ferè 40. à Leone IX. celebratum autumnali tempore, præſente Imperatore, commemorat *Hermannus in Chronico*.
1050	*Romana* Synodus poſt Paſcha, & *Vercellenſis* autumno conuocatæ à Leone IX. ex *Hermanno*, & *Lanfranco*, qui ait has Synodos conuocatas fuiſſe contra Berengarium Hæreticum, Sacramentarium.
1051	*Romana* Synodus poſt Paſcha ſub Leone IX. pro continentia Clericorum, & contra Simoniacos, ex *Hermanno*, & *Petri Damiani Epiſtola ad Henricum*.
1055	*Lugdunenſis* Synodus, & deinde Heduenſis contra Simoniacos coacta iuſſu Victoris Papæ ab Hildebrando Archidiacono Pontificis Legato, ex *Petri Damiani Epiſt. ad Henricum*, & *Villelmo Malmesburienſi* de geſtis R. Angl. l.3.
1055	*Florentina* Synodus die Pentecoſtes à Victore, Papa, in qua confirmata eſt damnatio Berengarij, & actum de beneficijs Eccleſ. ex *Lanfranco*, & *Leone Oſtienſi* lib.2. cap.90.
1055	*Turonenſis* Synodus contra Berengarium reuerſum ad vomitum, celebrata ab Hildebrando, vt referunt *Guitmundus* lib. 3. de Sacram. & *Lanfrancus* lib. de Euchariſt. contra Berengarium.
1056	*Colonienſis* Synodus, in qua Victor Papa, vt refert *Sigebertus*, conciliauit Balduinum, & Gotefridum Flandriæ Comites nouo Regi Germaniæ filio Henrici II. Imperatoris.
1056	*Toletana* Synodus iuſſu Victoris Papæ, pro eſtirpanda hæreſi Simoniaca.
1056	*Compoſtellana* Synodus, ex ſchedis *Antonij Auguſtini*.
1057	*Sutrina* Synodus conuocata à Nicolao II. Papa; ex *Nicolao Ragonenſi* Cardinali de geſtis Romanorum Pontific.
1059	*Lateranenſe* Concilium Generale Epiſcoporum 113. vbi condemnatus iterum Berengarius Turonenſis patria, Archidiaconus Andegauenſis, coactus incendere ſuos libros: ex *Guitmundo*, & *Lanfranco* ſupra.
1059	*Melphitana* Synodus celebrata à Nicolao II. ex *Leone Oſtienſi* lib.3. c.15.
1059	*Pariſienſe* Concilium Epiſcoporum 22. die Pentecoſtes 4. kal. Iunij, vbi Philippus Francorum Rex, præſente Patre Henrico coronatus eſt, & vnctus præmiſſa Fidei profeſſione, ex *Papirij Maſſoni Annalib.*
1060	*Accitana* Synodus in Hiſpania, pro diſciplina, Eccl. apud *Baronium*.
1062	*Osborienſe* Concilium in Germania coràm Rege Henrico, vbi Cadalous Antipapa damnatus eſt: teſte *Petro Damiano* in Epiſt. ad Archiep. Colonienſem.
1062	*Aragonenſe* Concilium 7. Kal. Iul. ſub Ramiro Rege, in quo ſtatutum, vt Aragonij Epiſcopi ſumerentur ex Monaſterio S. Ioannis Rupenſis, ex *Hieronymo Blaca* in Commentarijs rerum Aragoniæ.
1063	*Lateranenſe* Concilium Patrum pluſquam centum, in quo Alexander II. Papa decreuit contra Simoniacos, & alia quæ ex Vaticana bibliotheca depromit *Baronius*.
1064	*Mantuanum* Concilium generale indictum ab Alexandro II. Pontifice contra Cadaloum, Schiſmaticum.
1065	*Romana* duo Concilia aduersùs inceſtuoſos, de quibus *Petrus Damianus* c. 29. de contemptu ſeculi.
1070	*Vuintenienſe* Concilium in Anglia congregatum à Legatis Alexandri II. Papæ, in quo depoſitus eſt Stigandus inuaſor Eccleſiæ Cantuarienſis ſub Benedicto Pſeudopapa.
1072	*Anglicanum* Concilium Generale iuſſu Alexandri II. 6. Idus Aprilis pro controuerſia de primatu inter Cantuarienſem, & Eboracenſem Eccleſiam, ex *Villelmo Malmesb.* de geſtis Pontif. Angl.
1074	*Romana* Synodus Generalis conuocata à Gregorio VII. prima hebdomada Quadrageſimæ, contra incontinentiam Clericorum.
1075	*Romana* Synodus Generalis indicta à Gregorio, pro reformatione Eccleſiæ.
1075	*Londinenſe* Concilium Generale totius Angliæ, congregatum à Lanfranco Primate totius Britanniæ.
1076	*Romana* Synodus, in qua Gregorius VII. excommunicauit Henricum Regẽ Germaniæ, eiuſq; Sectatores, qui pecunia diſtrahebant Epiſcopatus, & Abbatias: ex *Lamberto*, & *Domnizone in vita Mathildis*.
1078	*Romana* Synodus conuocata à Gregorio VII. prima hebd. Quadrag. Epiſcopor. plus centum, præter Abbates, & Clericos innumerabiles, contra Epiſcopos contumaces: & alia item Romæ 13. Kal. Decembris: vbi etiam excommunicatus fuit Nicephorus Botoniates Imper. Orientis, qui tyrannicè inuaſerat Imperium, ex *Io. Curopalate*.
1079	*Romanum* Concilium ſub Gregorio VII. pro conuerſione ſubſtantiali panis, & vini per conſecrationem Sacerdotalem, in verum Corpus, & Sanguinem Chriſti: vbi Berengarius ſæpius lapſus veritatem Catholicam confeſſus, veniam meruit *Baronius* in Actis Concilij.
1080	*Romanum* Concilium menſe Martio conuocatum à Gregorio VII. in eius epiſtola 14.
1080	*Moguntinum*, & Brixienſe Conciliabulum Henrici Regis excommun. contra Greg.
1080	*Lugdunenſe* Concilium ſub finem anni celebratum ab Hugone Dienſi Epiſc. Papæ Legato, in quo depoſitus fuit Manaſſes inuaſor Rhemenſis ſedis, ex Gregorij Papæ Epiſt. 17. 18. 19.
1080	*Meldenſis* Synodus, in qua, vt habet *Sigebertus*, Hugo Legatus Sedis Apoſtolicæ poſt Synodum Auenionenſem, depoſuit Vrſionem, & eius loco creauit S. Arnulphum Epiſc. Sueſſionenſem: *Liſiardo* in vita Arnulphi, apud Surium d. 15. Aug.
1083	*Lateranenſis* Synodus 12. kal. Decembris, acta à Gregorio VII.
1084	*Romana* Synodus, in qua teſte Bertholdo, Gregorius iterum excommunicauit Guibertum, & Henricum Regem, eorumq; fautores.
1085	*Quintilineburgenſis* Synodus poſt Paſcha per Othonem Apoſtolicæ Sedis Legatum, de quo Bertoldus plura, & ex eo *Baronius*. *Moguntino* autem in conciliabulo, Henricus pro Guiberto Antipapa contra Gregorium ſategit, vt conſtat ex Dodechino, & Vrſpergenſi.
1087	*Capuana* Synodus habita à Victore III. Papa, de qua Leo Oſtienſis lib.3. c. 67. & 68. qui c.71. refert & de Synodo *Beneuentana* ab eodem celebrata menſ. Aug.
1089	*Romana* Synodus Epiſcoporum 115. conuocata ab Vrbano II. Papa, teſte *Bertholdo*, & Troia-

na

Anni Chriſti.	
	na in Apulia, ex *Petro in Chron. Caſſin.* lib. 1. c.8. & *Iuone Carnotenſi* pag.9. c.53.
1090	*Toloſana* Synodus circa Pentecoſtem ab Vrbano per Legatos celebrata, de qua *Bertholdus.*
1091	*Beneuentana* Synodus, in qua Vrbanus confirmauit anathema in Guibertum hæreſiarcam &c. ex *Bertholdo.*
1093	*Troianum* alterum Concilium in Apulia factum ab Vrbano II. teſte *Bertholdo.*
1094	*Conſtantienſis* Synodus coacta à Gebeardo Epiſcopo contra Schiſmaticos, Simoniacos, & incontinentes Clericos: ex *Bertholdo.*
1094	*Gallicanum* Concilium actum ab Hugone Archiep. Lugdunenſi, in quo excommunicatus fuit Philippus Rex Francor. qui dimiſſa vxore legitima, duxerat vxorem Fulconis Comitis Andegauenſis, ex epiſt. 18. *Iuonis Carnotenſis.*
1095	*Placentinum* Concilium ab Vrbano II. conuocatum circa medium Quadrageſimæ contra Schiſmaticos adeo frequens, vt in nulla Eccleſia celabrari potuerit, ſed in Campo; Canones huius Concilij vide in *Baronio.*
1095	*Claramontanum* Concilium ab Vrbano indictum ad octauam feſti S. Martini, de quo *Bertholdus*; Canones autem 32. huius Concilij ex *Antonio Auguſtino* profert *Baronius*, vbi expeditio Ieroſolymitana indicta.
1095	*Anglicanum* Concilium in cauſa Vrbani II. Papæ, quem Anſelmus vt legitimum Pontificem recipiebat, Rex autem non, ſed Guibertum; *Edinerus* in vita S. Anſelmi lib. 2.
1097	*Barenſe* Concilium in Apulia, vbi Vrbanus Kal. Octobris ſtuduit Græcos Latinis vnire, præſertim in controuerſia de proceſſione Spiritus Sancti, ex *Edinero.*
1098	*Romana* Synodus ab Vrbano habita 3. hebd. Paſchæ, de qua *Edinerus* in vita S. Anſelmi, & *Villelmus Malmesburg.* Eſto Schiſmatici ibidem ſuum conciliabulum egerint.
1099	*Romana* Synodus ſub Vrbano II. Epiſcopor. 150. vbi iterata excommunicatio in Guibertum, ex *Bertholdo.*
1099	*Hieroſolymitanum* Concilium, vbi Diabertus Piſanus Archiep. & Legat. Apoſt. electus fuit in Patriarcham, ex *Villelmo Malmesburg.* lib. 8. & 9.
1100	*Pictauienſe* Concilium à Legatis Paſchalis II. Papæ conuocatum, in quo monitus Philippus Rex Francorum, vt ſub pœna excommunicationis Bertradam adulteram dimitteret, paruit; *Annales Francorum, & Io. Bochetus in Annalibus Aquitaniæ.*
1102	*Romanum* Concilium numeroſiſſimum ſub Paſchali, poſt medium Quadrag. cui Henricus III. Imper. contra promiſſionem intereſſe neglexit, & in quo anathematizata fuit hæreſis dicentium anathema contemnendum eſſe, & Eccleſiæ ligamenta ſpernenda: *Vrſpergenſis Abbas in Chron.*
1102	*Londonienſe* Concilium a S. Anſelmo Archiep. Cantuar. conuocatum, in quo recepta decreta Romani Concilij de inueſtituris Eccleſiarum, ex *Vuillelmo Malmesburgenſi.*
1104	*Trecenſe* Concilium in Gallia, per Richardum Legatum Apoſtolicum, in cauſa Epiſcopi Syluanectenſis per calumniam accuſati de venditione Sacrorum Ordinum, ex epiſt. 260. *Iuonis.*
1105	*Northuſenſe* Concilium in Saxonia celebratum ab Henrico filio Henrici III. Imper. præſtante obedientiam Papæ, in quo damnatæ hæreſes Simoniacorum, Nicolaitarum, Schiſmaticor. ex *Conrado Vrſpergenſi Abb. in Chron.*
1106	*Vaſtallenſe* Cōcilium Octobri celebratum à Paſchali II. Papa, de quo *Abbas Vrſpergenſis, Baronius*, & alij.
1107	*Trecenſis* Synodus à Paſchali II. in Gallia acta ſuper libera electione Paſtorum, & alijs de quibus *Abbas Vrſpergenſis.*
1107	*Hieroſolymitana* Synodus iuſſu Paſchalis per Gibelinum Archiep. Arelatenſem, in qua depoſitus fuit Ebremarus Patriarcha intruſus, & ipſe Gibelinus electus fuit: ex *Vuillelmo Tyrio* lib. 12. cap. 4. de bello Sacro.
1109	*Rhemenſis* Synodus, de qua *Sigebertus*, & *Nicolaus Sueſſionenſis* in vita S. Godefredi l. 2. à cap. 11. apud Surium d. 8. Nouembris.
1111	*Ieroſolymitana* Synodus, in qua Conon Cardinalis Epiſcopus Præneſtinus Sedis Apoſtolicæ Legatus anathemate damnauit Henricum IV. Imp. Vrſpergenſis ad annum 1116.
1112	*Lateranenſe* Concilium d. 18. Martij celebratum à Paſchali Papa per 6. dies vbi Paſchalis reddidit rationem, ob quam coactus fuit Henrico IV. concedere inueſtituras Eccl. vt ſe & alios à captiuitate redimeret ob pacem Eccl. ſed idem poſt profeſſionem fidei cum toto Cōcilio damnauit priuilegium per vim extortum ab Henrico, tanquam *prauilegium*; & damnationi ſubſcripſere Archiepiſcopi 12. Epiſcopi 114. Cardinales 23. Abbates, & Clerici innumerabiles. *Ita Nicolaus Aragonius* in vita Paſchalis, & *Baronius* ex Codice Vaticano.
1112	*Viennenſe* Concilium eodem anno, in quo approbata acta Lateranenſis Concilij, & Henricus IV. iuſſu Paſchalis excommunicatus eſt, *ex vita S. Godefridi* l. 3. c. 7. apud Surium d. 8. Nouemb.
1114	*Ceperami* ad ripam Liris fl. Paſchalis Synodum habuit, de qua *Petrus Diaconus* lib. 4. c. 21. & Rhemis à Legato Pontif.
1114	*Bellouacenſis* Synodus per Cononem Card. Leg. Pontif. vi cuius S. Godefredus Ambianenſis Epiſcopus, qui ſe ad Carthuſianos receperat, reuocatus eſt ad ſuam ſedem. *Nicolaus in vita Godefr.* l. 3. à cap. 9. penes Surium d. 8. Nouemb.
1115	*Troiana* Synodus à Paſchali in Apulia celebrata ſub finem Aug. ex Chron. Beneuentano.
1115	*Ieroſolymitana* Synodus, in qua depoſitus fuit Arnulphus Patriarcha: ex Vuillelmo Tyrio l. 11. de bello Sacro c. 26.
1117	*Troianum* Concilium in Apulia ſub finem Maij à Paſchali actum, ex *Petro Diacono* l. 4. c. 57.
1119	*Rhemenſe* Concilium Epiſcoporum 426. in quo præſente Ludouico R. Francor. Calliſtus II. Papa Anathemate innodauit Henricum IV. Imper. *Vrſpergenſis*, & *Rogerius* in Annal.
1120	*Palæſtina* Synodus à Patriarcha Ieroſol. celebrata pro diſciplina Eccl. Neapoli, quæ fuit olim Samaria. *Vuillelmus, Tyrius* lib. 12. à cap. 10. ad 13.
1122	*Lateranenſis* Synodus Epiſc. pluſquam 300. à Calliſto Papa conuocata pro inſtauranda Eccl. pace; de qua *Sugerius* in vita Ludouici Regis.
1121	*Londinenſe* Concilium in Anglia celebratum à Ioanne Cremenſi presbytero Cardinali iuſſu Honorij II. Papæ cuius Canones recitat *Baronius.*
1127	*Trecenſe* Concilium in Gallia per Matthæum Epiſcopum Cardinalem Albanenſem in quo cōfirmatus fuit Ordo Templariorum militum: ex *Villelmo Tyrio* l. 12. c. 7. & *S. Bernardi*, qui interfuit, Epiſt. 21. ad Matth.
1127	*Vuintonienſis* Synodus generalis totius Angliæ celebrata præcipuè contra clericos concubinarios à Villelmo Arch. Cantuarienſi, Honorij II. Papæ Legato à die 13. ad 16. Maij *Baronius* ex Appendice ad Florentium.
1130	*Stampenſe* Concilium à Ludouico Rege Franc. conuocatum, vbi electio Innocentij II. Papæ approbata fuit, & Rex Angliæ occurrit Innocentio:

Anni Chriſti.	
	centio : arbiter autem omnium conſenſu fuit electus S. Bernardus Abbas Claræuall. qui pronunciauit Summum Pontificem Innocentium, & ratum eſſe omnes acclamarunt: ex *Sugerio* in vita Ludouici, & Bernardo in vita S. Bernardi l.2. c.1.
1131	*Rhemenſe* Concilium habitum ab Innocentio II. in quo coronauit Ludouicum Regem viuente patre, & alia ad honorem Dei diſpoſuit, & Petrus Leo qui ſe Anacletum dicebat excommunicatus eſt : interfuere SS. Bernardus, & Northbertus ex Vitis eorum, & *Sugerio* in vita Ludouici.
1132	*Placentina* Synodus poſt Paſcha habita ab Innocentio II. aduersùs Schiſmaticos: ex *Petro Cluniacenſi* lib. 3. Epiſtolar.
1134	*Piſanum* Concilium Generale contra Anacletum antipapam celebrata ab Innocentio, præſente & adiuuante S. Bernardo *ex vita ipſius* lib. 2. cap.2.
1135	*Gallicanum* Concilium aduersùs ſacrilegos interfectores clericorum, indicatur *à Petro Cluniacenſi* l.3. Epiſt.17.
1136	*Antiochena* Synodus d.30. Nouembris conuocata à Legato Apoſtolico, pro cauſa Patriarchæ Antiocheni accuſati, de quibus *Villelmus Tyrius* lib.15. c.15. & 16. qui cap.18. refert etiam de *Ieroſolymitano* Concilio eodem anno inito.
1139	*Romana* Synodus Epiſcoporum circiter mille, ſub medium Quadrageſimæ 8. die Aprilis celebrata ab Innocontio II. vbi inter alia damnati Schiſmatici fautores Petri Leonis: *Otho Frinſingenſis*, & *Baronius* ex Codice Vatican.
1140	*Senonenſe* Concilium contra Petrum Abailardũ.
1143	*Londonienſis* Synodus in media Quadrageſima, habita, pro libertate Eccleſ. à Vuintonienſi Epiſcopo Legato Apoſtolico *ex* Rogerij *Annalibus*.
1146	*Carnotenſe* Concilium 3. Dominica poſt Paſcha, pro expeditione in Terram Sanctam, *ex Petro Cluniacenſi* lib.6. epiſt. 19. *ex vita S. Bernardi*.
1148	*Rhemenſe* Concilium ab Eugenio III. Papa celebratum circa mediũ Quadrageſimæ vbi damnatus hæreticus Britannus, qui ſe Iudicem viuorum, ac mortuor. dictitabat & Gileberti Porretani Epiſc. Pictauienſis; Errores *Baronius* ex Codice Gallicano, & Vaticano.
1149	*Ticinenſe* ſub Leone IX.
1151	*Baugenciaci* in Gallia Concil. pro diſſolutione matrimonij inter Regem Ludouicum, & Leonoram cognatione coniunctum, quod factum eſt Regis conſenſu *ex Sugerio in vita Ludouici*.
1161	*Bellouacenſis* Synodus à Rege Ludouico conuocata, pro receptione Alexandri III. Papę reprobato Victore Antipapa. *Robertus in appendice ad Sigebertum*, eſto Victor. Conciliabulum Laudenſe pro ſe conuocarit, fauente Friderico Imperatore, vt narrat *Otho Morena in Laudenſi Chronico*.
1162	*Londonienſe* Concilium generale in Anglia ad ſubſtituendum Archiepiſcopum Cantuarienſem Theobaldo feria 2. Paſchæ defuncto electus autem fuit S. Thomas, qui poſtea fuit Martyr. *ex Actis vitæ S. Thomæ* apud Surium d. 29. Decembris.
1163	*Turonenſe* Concilium Cardinalium 17. Epiſcoporum 124. Abbatum 414. præter alios Clericos innumerabiles, celebratum ab Alexandro III. 14.kal. Iunij: Canones Concilij huius vide in *Baronio*.
1164	*Clarendunenſe* Conciliabulum in Anglia pro Rege, contra S. Thomam Cantuar. & aliud apud *Narthonam*.
1166	*Herbipolitanum* Conciliabulum à Friderico Imper. conuocatum contra Alexandrum III. Papam, pro confirmando ſuo Antipapa Guidone, quem Paſchalem dixit: *Baronius ex* Codice Vaticano.
1168	*Lateranenſe* Concilium, in quo Fridericus Imperator. ab Alexandro III. excommunicatus eſt & exauctoratus eſt imperio : *ex Ioanne Saresberienſi* l. 2. Epiſt.60. & 84.
1172	*Hibernenſe* Concilium iuſſu Regis Angliæ, cui Hibernia dedita fuit, & deinde Concilium Northmanniæ habitum à Legatis Sedis Apoſtolicæ.
1175	*Vueſtmonaſterienſis* Synodus celebrata in Anglia pro diſcip. Eccl. Dominica ante Aſcenſionem à Richardo Archiep. Cantuar. de qua *Rogerius in annalib.*
1177	*Venetum* Concilium ab Alexandro III. celebratum 16. kal. Sept. in Eccl. S. Marci vbi roborata eſt pax inter Fridericum Imper. qui interfuit, & Eccleſiam.
1179	*Lateranenſe* Concilium Epiſcopor. 300. cœptum d. 5. Martij ſub Alexandro III. cuius acta vide in *Villelmo* lib. 21. de bello Sacro c. 26. ſed in IV. Tomo Concil. pag. 101. ponitur hoc Concilium anno 1180. d. 2. Martij. Et Epiſcoporum 280.
1188	*Anglicanum* Concilium iuſſu Regis pro expeditione in Terram Sanctam.
1215	*Lateranenſe* Concilium ab Innocentio III. celebratum, & Oecumenicum, cui interfuere Patriarchæ Ieroſolymit. & Conſtantinop. & Legati Antiocheni atque Alexandrini Patriarchæ; Archiepiſcopi 70. Epiſcopi 412. Abbates, & Priores 800. prælati ſimul pluſquam 1215. Oratores Imper. & Regum Catholicorum. Incipit hoc Concilium à capite *Firmiter credimus*, ciuſq; capita extant in IV. Tomo Conciliorum à pag. 211. editionis Venetæ.
1225	*Alemannicum* Concilium iuſſu Honorij III. per Conradum Epiſc. & Cardinalem Portuenſem ſuum Legatum 4. Idus Decemb. quod extat *in 4. Tomo Concil.* pag. 235.
1226	*Oxonienſe* Concilium in Anglia : de quo *in 4. Tomo Concilior.* pag. 236.
1240	*Scheringenſe* Concil. Oecumenicum ab Innocentio IV. celebratum Epiſcoporum 140. cui interfuit Imperator Orientis Balduinus, & Patriarchæ Conſtantinop. atq. Antioch. Actum ibi de reformandis Eccleſiaſticis, de Schiſmate Græcorum de perſecutione Friderici Imper. de reſiſtendo Tartaris, ac Sarracenis. *Ex Tomo 4. Concil.*
1259	*Rauennæ* Synodus Prouincialis per Philippum Archiep. iuſſu Alexandri IV. Papæ de qua *Rubeus* lib.6.
1267	*Viennenſe* Concilium in Auſtria per Guidonem Card. Legatum Apoſtolicum d.12. Maij. iuſſu Clementis IV. de quo *Lazius* lib. 2. rerum Viennenſium c.1. & *Stero* in Annalib.
1274	*Lugdunenſe* Concilium Oecumenicum à Gregorio X. Conuocatum Epiſcoporum ferè 560. Cardinalium 15. Abbatum, aliorumq; Prælatorum 1500. Apocriſarij Michaelis, Palæolog. Imper. & Patriarchæ Conſtantinop. cum multis procerib. Eccleſ. Orient. Legati Tartarorum, aliorumq; Principum. Ibi poſt fidei profeſſionem decantatum eſt in Symbolo *Spiritum Sanctum ex Patre filioque procedere*. Cœpit Concilium d.7. Maij in eodem Concilio obijt S. Bonauentura nocte inter 14. & 15. Iulij. Reliqua Acta Concilij vide apud *Bzonium* ad hunc annum.
1279	*Tarraconenſis* Synodus in Aragonia 7. Idib. Decembris celebrata à Bernardo Archiep. Tarrac. & per Synodicam Epiſtolam rogatus eſt Nicolaus III. Papa pro Canonizatione B. Raymundi

Anni Chriſti.

mundi Pennaforij, quod tamen dilatum fuit in aliud tempus.

1287 *Mediolanenſis* Synodus Prouincialis authoritate Honorij IV. Papæ celebrata ab Othone Arch. cuius conſtitutiones ſummatim extant apud Bzouium hic.

1309 *Rauennæ, Bononiæ*, & multis alijs in locis iuſſu Clementis V. Concilia Prouincialia contra Templarios.

1311 *Viennenſe* Concilium Oecumenicum Epiſcoporum, ac Patrum pluſquam 300. interfuit Patriarcha Alexandrinus, & Antiochenus. Ibi Clemens V. agi præcipuè voluit de Templariorum hæreſibus, & alijs criminibus; de expeditione in Terram Sanctam, & de Reformatione Eccleſiaſtici ſtatus, cœpit Synodus d. 16. Octobris. Extant eius Acta in Codice Vaticano: Beguardi, & Beguinæ damnati.

1321 *Valliſoletana* Synodus die 2. Auguſti celebrata à Guillelmo Cardinali Epiſc. Sabino Legato Ioannis XXII. Papæ, de quo *Bzouius* hic nu. 9.

1 4 *Piſanum* Concilium, ſeu Conciliabulum tempore Schiſmatis, vbi Patriarchæ 3. Alexandrinus, Antiochenus, Ieroſolymit. Archiep. 180. Epiſcopi 300. Doctores 282. ibi depoſiti ſunt Gregorius, ac Benedictus, electuſq; Alex. V. de hoc vide *Caietanum* ad 22. q. 1. art. 10.

1414 *Conſtantienſe* Concilium à Ioanne XXIII. Papa inſtinctu Sigiſmundi Imp. ad tollendum Schiſma, & contra hæreſes varias, ſed præcipuè Huſitarum: cœpit die 5. Nouembris, & abſolutum eſt anno 1418. die 22. Aprilis ſub Martino V. poſt Seſſiones 45. damnatæ hæreſes Io. Viclephi Angli, & Io. Hus anno 1415. die 2. Martij Ioannes XXIII contra Benedictum, & Gregorium dubios Pontifices antea electus, ceſſit Papatui, ea conditione, ſi cederent eidem Papatui Petrus de Luna dictus Benedictus XIII. & Angelus de Corario, dictus Gregorius XII. Anno autem 1417. die 11. Nouembris electus fuit in Pōtificem Martinus V. & ex illo tempore Concilium non fuit acephalum, ſed ſub capite certo, & inde reliqua acta confirmauit Martinus V. non tamen quæ redolent authoritatem Concilij ſupra Papam. Vide *Bellarminum* controu. 4. lib. 2. cap. 19. extant Acta Concilij in *IV. Tomo* à pag. 249.

1431 *Baſileenſe* Concilium ſub Eugenio IV. inchoatum die 23. Iulij, & poſt Seſſiones 45. abſolutum anno 1442. die 5. Aug. ſub Nicolao Papa V. quod Concilium in ijs, quæ egit contra Eugenium Papam decernendo Concilium eſſe ſuper Papam errauit, & reprobatum eſt. Vide *Bellarmin.* controu 4. lib. 2. cap. 19. extant Acta Concilij in *IV. Tomo Concilior.* à pag. 414.

1438 *Ferrarienſe* Concilium Generale authoritate Eugenij Baſilea Ferrariam tranſlatum, cœptum in templo S. Georgij die 9. Aprilis præſentibus Eugenio PP. Ioanne Palæologo Imperatore Orientis, Ioſepho Patriarcha Conſtantinopolit. Nicolao Marchione Ferrariæ, & ibi habitæ ſunt Seſſiones 16. vſq; ad anni 1439. diem circiter 19. Ianuarij, qua decreuit Pontifex ob peſtem tranſlationem Concilij Florentiam: extant Acta huius Concilij in *IV. Tomo Concilior.* edit. Venetæ fol. 781.

1439 *Florentinum* Concilium, cuius prima Seſſio, quæ computatis Seſſionibus Ferrariæ habitis, numerata eſt tanquam decima ſeptima, facta eſt die 26. Februarij feria 5. & abſolutum Concilium fuit die 6. Iulij conſentientibus Græcis, *Spiritum Sanctum non ſolum ex Patre per Filium, ſed ex Patre, Filioq; procedere, tanquam ab vno principio, ac vnica ſubſtantia, vnica ſpiratione, proceſſioneque.* Tum Purgatorium eſſe, & animas Iuſtorum purgatas perfectam laureolam in cœlo iam conſequutas eſſe, impiorum autem perpetuas pœnas luere, & conſecrari poſſe Corpus Domini tam in Azymo, quàm in fermentato valide, & Romanum Pontificem primatū tenere in vniuerſum Orbem, eſſeq; Beati Petri Apoſtolorum Principis ſucceſſorem, ac totius Eccleſiæ caput &c. decretum quoque fuit, vt poſt Romanum Pontificem ſecundus ſit Patriarcha Conſtantinop. tertius Alexandrinus, quartus Antiochenus, quintus Ieroſolymitanus.

1512 *Lateranenſe* Concilium Oecumenicum indictum à Iulio II. anno 1511. d. 18. Auguſti, & inchoatum d. 10. Maij anni 1512. qui mortuus eſt anno 1513. die 21. Februarij; ſed Concilium continuatum fuit à Leone X. & terminatum anno 1518. die 16. Martij, cuius Acta extant in *V. Tomo Concilior.* edit. Venetæ à pag. 1. vſq; ad 193. inde autem Bulla Leonis X. in qua damnatæ ſunt Luthæri hæreſes an. 1520.

1527 *Senonenſe* Concilium Prouinciale celebratum ab Antonio à Prato Card. & Archiep. Senon. Galliarum, ac Germaniæ Primate, contra hæreſes Lutheri &c. extat in *V. Tomo Concilior.* pag. 211. inchoatum fuit 1527. & abſolutum anno 1528.

1539 *Colonienſe* Concilium Prouinciale habetur *Tomo V. Concil.* à fol. 243.

1545 *Tridentinum* Concilium. Oecumenicum indictum à Paulo III. anno 1542. die 22. Maij contra diuerſas hæreſes illius Seculi, & pro Reformatione Eccleſiæ, initum Tridenti anno 1545. die 13. Decembris, & continuatum Tridenti, vſq; ad Seſſionem 8. in qua die 11. Martij anni 1547. ad maiorem vitæ ſecuritatem decretum fuit transferendum eſſe Synodum Bononiam de conſenſu Pauli III. vbi habitæ ſunt duæ Seſſiones; inde autem denuo tranſlatum à Iulio III. Tridentum anno 1548. ſed non reſumptum niſi anno 1551. Kal. Maij, & continuatum vſque ad diem 28. Aprilis anni 1552. qua reſumptum fuit Concilium; mortuo autem Iulio III. Pius IV. illud reſumendum ſtatuit anno 1560. die 29. Nouembris, ſed non fuit reſumptum niſi anno 1562. d. 18. Ianuarij vltima verò, ſeu 25. Seſſio abſoluta fuit die 4. Decembris anni 1563. in qua decretum fuit, vt Concilij confirmatio peteretur à Summo Pontifice Pio IV. ipſe autem illud confirmauit anno 1564. die 26. Februarij.

Anni	*Extant præterea in Tomo V. Conciliorum editionis Venetæ infraſcripta Concilia.*	
1548	Auguſtanum fol. 294.	
1548	Treuerenſe fol. 318.	
1549	Colonienſe fol. 332.	
1549	Moguntinum fol. 354.	
1549	Treuerenſe alterum 379.	
1565	Mediolanenſe I. fol. 503.	A S. Carolo Borrhomeo celebrata.
1569	Mediolanenſe II. fol. 561.	
1573	Mediolanenſe III. fol. 579.	
1579	Mediolanenſe IV. fol. 607.	
1579	Mediolanenſe V. fol. 699.	

CA-

CATALOGVS V.

CONCILIA EADEM ORDINE ALPHABETICO,

Cum Tempore correcto.

A		Anni Christi.
CONCILIVM.		
Accitanum in Hiſp.		
Adrumetinum in Afr.		394
Africanum.		646
vide Carthaginenſia, & Mileuitana.		
Africanum Concilium Donatiſtarum.		414
Agathenſe.		506
Agrippinenſe.		346
Alemanicum.		1225
Alexandrinum	1	315
Generale	2	319
	3	362
	4	363
	5	369
	6	399
	7	430
	8	453
	9	633
Altinenſe.		802
Amalphitanum.		1059
Ancyranum	1	308
	2	314
	3	357
Andegauenſe.		453
Antiochenum	1	253
	2	264
	3	271
	4	341
	5	344
	6	360
	7	363
	8	378
	9	383
	10	432
	11	435
	12	448
	13	1136
Antiſiodorenſe	1	590
	2	614
Anglicanum	1	604
	2	672
	3	679
	4	970
	5	1072
	6	1095
	7	1188
Anicianum.		1130
Aquileienſe	1	382
	2	698
Aquiſgranenſe	1	809
	2	816
	3	817
	4	819
	5	836
	6	842
	7	862

		Anni Christi.
Arauſicanum	1	441
	2	463
	3	529
Arelatenſe	1	314
	2	353
	3	453
	4	813
Ariminenſe		358
		359
Armeniacum.		435
Aruernenſe	1	535
	2	541
	3	587
Aſianum.		173
Attiuiatenſe.		822
Auenionenſe.		1080
Auranchenſe.		1172
Aurelianenſe	1	507
	2	536
	3	540
	4	545
	5	552
	6	1017
Auguſtanum	1	952
	2	1548
Auguſtodunenſe.		650
B		
Ambergenſe.		1011
Barcinonenſe	1	599
	2	845
	3	1034
	4	1064
	5	1114
	6	1161
Barenſe in Apulia.		1097
Baſileenſe.		1431
Baugentiacum.		1151
Bellouacenſe.		1114
Beneuentanum	1	1087
	2	1091
	3	1108
	4	1213
Biterrenſe Conciliab.		356
Bracarenſe	1	563
	2	572
	3	575
Brennacenſe	1	583
	2	675
Bituricenſe.		1304
Burdegalenſe.		385
Byzacenum Afr.	1	504
	2	541
	3	602

		Anni Christi.
Byzantinum	1	523
	2	541
	3	646
C		
Cabilonenſe	1	582
	2	662
	3	813
	4	839
Cæſarauguſtanum	1	381
	2	592
	3	691
Cæſarienſe in Paleſtina		196
Calnenſe in Anglia.		929
Capuanum	1	389
	2	1087
Carboniacenſe in Gall.		771
Cariæ Conciliabulum.		366
Cariſſiacenſe in Gallia.		856
		858
Carnotenſe.		1446
Garpencoractenſe.		463
Cartaginenſe	1	217
	2	256
	3	348
	4	397
	5	398
	6	401
	7	403
	8	404
	9	405
	10	407
	11	408
	12	410
	13	412
	14	416
	15	417
	16	418
	17	419
	18	535
	19	594
	20	646
Caſſalenſe in Hibernia.		1171
Ceperanenſe.		1114
Chalcedonenſe	1	451
	2	452
	3	453
	4	476
	5	482
	6	518
	7	519
Cirthenſe in Numidia	1	204
	2	412
Claramontanum	1	195
	2	1130
Clarendunenſe Conciliabulum in Angl.		1164
Clypiacenſe.		662

		Anni Christi.
Colonienſe	1	782
	2	870
	3	887
	4	1056
	5	1115
	6	1118
	7	1536
	8	1549
Compendienſe	1	823
	2	833
	3	877
Compoſtellanum.		1056
Confluentium	1	1060
	2	912
Cordubenſe Conciliab.		853
Conſtantienſe	1	1094
	2	1414
Conſtantinopolitanum Generale	1	336
	2	381
	3	383
	4	394
	5	401
	6	429
	7	448
	8	449
	9	450
	10	483
	11	518
	12	520
	13	553
	14	587
	15	629
	16	680
	17	754
	18	814
	19	842
	20	854
	21	869
	22	975
	23	1148
	24	1166
Conſtantinopolitana, Conciliabula, ſeu Pſeudoſynodi.	1	359
	2	380
	3	392
	4	717
	5	809
	6	859
	7	861
	8	879
D		
Dingoluingenſe.		772
Dioſpolitanum.		415
Durianum iu Franc.	1	775
	2	779
Duziacenſe.		871
E		
EBoracenſe.		1194
Eliberitanum	1	305
	2	313
Emeritenſe.		666
Epaunenſe in Gallia.		509
Epheſinum Prouinciale		400
Epheſinum Generale.		431
Epheſina Pſeudoſyn.		449
Eriperfurtenſe.		932
Eſtampenſe.		1130

F		Anni Christi.
FErrarienſe.		1438
Florentinum.		1439
Fiteslarenſe.		1118
Foroiulienſe.		794
Francofortenſe	1	794
	2	1006
Francicum.		742
G		
GAllicanum Pſeud.		429
Gandulphenſe.		685
Gangrenſe,		873
vel		322
Gentiliacum.		324
Germanicum.		766
Gerundenſe.		740
Guaſtallenſe, ſeu Vaſtallenſe.		517
		1106
Galaticum conuenticulum.		370
H		
HErbipolitanum Conciliabulũ Friderici Imp.		1166
Hieroſolymitanũ I. ab Apoſtolis celebratum.		49
Pſeudoſynod. Arianor.		335
Concil.	2	350
	3	457
	4	518
	5	536
	6	1099
	7	1107
	8	1111
	9	1115
	10	1136
Hiſponenſe totius Africæ.		393
Hiſpalenſe	1	590
	2	619
I		
IConienſe.		258
Ingeleimenſe	1	948
	2	972
L		
LAmpſacenum Conuenticulum Semiarianorum.		365
Laodicenum Concilium.		320
Legionenſe.		1012
Lemouicenſe	1	1029
	2	1034
Liedenſe.		415
Lipianum Franciæ.		780
Liptinenſe in Germ.		743
Londinenſe	1	1075
	2	1102
	3	1108
	4	1125
	5	1138
	6	1143
	7	1162
Lucenſis in Hiſpania	1	569
	2	572
Lugdunenſe	1	570
	2	586
	3	836
	4	1055
	5	1080
Oecumen.	6	1245
Oecumenicum	7	1274

		Anni Christi.
Lateranenſe	1	649
	2	863
	3	1059
	4	1063
	5	1083
	6	1112
	7	1122
	8	1168
	9	1179
	10	1215
Oecumenicum	11	1512
M		
MAcedonianum.		414
Mantuanum.		1064
Matiſconenſe	1	582
	2	588
	3	617
Mauritanum.		646
Meldenſe	1	845
	2	962
	3	1080
Melphitanum.		1059
Metenſe	1	1090
	2	594
	3	862
	4	863
Pſeudoſyn.	5	869
Mediolanenſe	1	344
	2	350
	3	355
	4	390
	5	451
	6	679
	7	1287
	8	1565
	9	1569
	10	1573
	11	1579
	12	1579
Meduacenſis.		853
Mileuitanum	1	402
	2	416
Moguntinum	1	834
	2	848
	3	852
	4	857
	5	888
	6	1023
	7	1049
	8	1054
	9	1080
	10	1107
	11	1549
Mopſeuſtenum.		550
Moſomenſe.		995
Mutinenſe.		973
N		
NArbonenſe		598
apud Narbonam.		940
Noecæſarienſe	1	261
	2	315
Neapolitanum in Paleſtina.		1120
Neuſtriacenſe.		877
Nicænum Oecumen.	I.	325
Nicænum Oecumen.	II.	787
Nicomediæ indictum.		358
Northuſienſe.		1105
Nouiomenſe.		954
Nouumercatenſe.		1161

Numi-

		Anni Christi
Numidicum abrogatum.		593
Numidicum II. idem ac Africanum.		646
O		
OSborienſe in Germ.		1062
Oſcenſe in Hiſp.		598
Oltionenſe.		1094
Ouetenſe.		901
Oxonienſe.		1226
P		
PAderbonenſe	1	777
	2	785
Paleſtinum	1	198
	2	531
	3	1120
Pariſienſe	1	559
	2	576
	3	580
	4	829
	5	846
	6	847
	7	1059
Pictauienſe	1	593
	2	1100
Piſanum Conciliabulum.		1409
Piſanum Concilium.		1134
Piſtenſe.		563
Pitigonenſe.		876
Placentinum in Campo	1	1095
	2	1132
Pontigonenſe.		876
Q		
QVintilineburgenſe in Germania.		1085
R		
RAtiſponenſe	1	792
	2	419
	3	904
	4	967
	5	1259
	6	1309
Regienſe in Gallia	1	439
	2	514
	3	935
Conciliabulum		992
	4	995
	5	1049
	6	1109
	7	1114
	8	1119
	9	1128
	10	1131
	11	1148
Romanis Concilijs adde Lateranenſia de quibus ſupra		
ROMANVM	1	200
	2	251
	3	252
	4	253
	5	260
	6	313
	7	315
	8	324
	9	325
	10	337
	11	340
	12	342

		Anni Christi.
	13	369
	14	373
	15	382
	16	595
	17	601
	18	606
	19	610
	20	648
	21	667
	22	680
	23	705
	24	721
	25	726
	26	732
	27	743
	28	745
	29	769
	30	853
	31	861
	32	862
	33	863
	34	865
	35	873
	36	879
	37	881
	38	893
	39	904
	40	963
	41	964
	42	971
	43	989
	44	993
	45	996
	46	999
	47	1049
	48	1050
	49	1051
	50	1065
	51	1074
	52	1075
	53	1076
	54	1078
	55	1079
	56	1080
	57	1084
	58	1089
	59	1098
	60	1099
	61	1100
	62	1139
Rothomagenſe.		682
Rupenſe.		1062
S		
SAblonarium.		862
Saleguſtadienſe	1	940
	2	1022
Salonitanum.		1076
Santonenſe in Gallia.		566
Sardicenſe Concilium.		347
Conciliabulum.		347
Scheringenſe in Germ.		1240
Seleucienſe,		358
	&	359
Senonenſe	1	1140
	2	1527
Siculum.		365
Sinuerſanum.		303
Sirmienſe.		357

		Anni Christi.
Sueſſionenſe Conuent.		853
Concilium	1	744
	2	853
	3	866
	4	941
	5	1114
Suffectanum in Africa.		523
Sutrinum	1	1046
	2	1057
	3	1059
Sydenſe in Syria.		383
Syluanectenſe.		863
T		
TArraconenſe	1	516
	2	1279
Taurinenſe.		397
Teleptenſe.		418
Theodonenſe.		806
Ticinenſe	1	850
	2	855
	3	876
	4	1149
Toletanum Gen.	1	405
II. Gen.	2	531
III. Gen.	3	589
	4	597
IV.	5	610
V. Gen.	6	633
VI. Gen.	7	636
	8	638
VII. Gen.	9	646
VIII.	10	653
IX.	11	655
X.	12	666
XI. Gen.	13	675
XII. Gen.	14	681
XIII.	15	683
XIV.	16	684
XV.	17	688
XVI.	18	893
XVII.	19	694
XVIII.	20	701
Toloſanum	1	1056
	3	1090
Traiectenſe.		697
Trecenſe	1	887
General.	2	878
	3	1104
	4	1107
	5	1127
Tremonienſe in Germania		1005
Treuirenſe	1	386
	2	948
	3	1548
	4	1549
Trilurienſe	1	895
	2	1035
Tridentinum indictum		
initum		1542
abſolutum		1563
Troianum in Apulia.	1	1089
	2	1093
	3	1115
	4	1117

Tro-

		Anni Christi.
Troſleienſe	1	909
	2	921
	3	927
Tullenſe		859
Turonenſe	1	461
	2	482
	3	570
	4	613
	5	813
	6	1163
Tyranenſe.		365
Tyrium Conuenticulum	1	334
	2	517

V		Anni Christi.
Valentinum in Hiſpania.	1	434
	2	524
	3	589
in Gallia	1	855
	2	1855
Valliſoletanum.		1321
Varenſe	1	442
	2	463
Vaſtallenſe.		1106
Veneticum	1	453
	2	460
Venetum.		1040
Vercellenſe.		1177
Vermerienſe.		1050
Vernenſe.		870

		Anni Christi.
Viennenſe	1	756
	2	892
	3	1112
in Gallia Oecum.	4	1119
Vicesburgenſe.		1267
Vintonienſe in Angl.	1	1122
	2	973
	3	1070
	4	1127
	5	1175
Vuerdunenſe.		941
Vueſtmonaſterienſe.		1175
Vuormatienſe	1	770
	2	868
	3	1076
	4	1122
Vzecenſe in Africa.		523

CATALOGVS IV.

ORDINES RELIGIOSI

Clauſtrales, & Militares.

Anni Christi.	
	Canonici Regulares, antea Clerici in Commune viuentes à CHRISTO, & Apoſtolis inſtituti, & præcipuè Romæ in ædibus Lateranis degentes, vnde dicta fuit *Congregatio Lateranenſis*, deinde in Ægypto à S. Marco Alexandriæ Epiſcopo fundati, tandemq; à S. Auguſtino in Africa inſtaurati ſunt, ideoque dicti *Canonici Regulares S. Auguſtini*, & à Gelaſio Papa Eccleſiæ S. Ioannis in Laterano regendæ præpoſiti, dictiq; inde *Canonici Lateranenſes*; vnde in diuerſas Europæ Prouincias propagatus fuit Illuſtriſſimus hic Ordo; & in Eccleſia Lateranenſi perſeuerauit octingentos, & amplius annos, vſque ad annum 1298. quo Bonifacius VIII. eam dedit Canonicis Secularibus; ſed Eugenius IV. eam reſtituit priſtinis Religioſis; & Calliſtus III. eripuit; at Paulus II. reſtituit. De antiquitate Ordinis eius fit mentio in Bullis Benedicti XII. & Eugenij IV. & apud S. Antoninum parte 2. tit. 15. paragr. 7. Vincentium Belluacenſem in Speculo doctrinali l. 19. c. 16. & Pernoſtum lib. 2. cap. 14. Reformatus autem fuit à Benedicto XII. vt conſtat ex eius Bulla anni 1339. die 24 Iulij, deinde anno 1407. & tandem anno 1584. Vide Io. Philippum Nouarienſem Canonicum Regularem lib. 3. Chronici. Cum autem orta eſſet controuerſia inter Canonicos Regulares, & Monachos Benedictinos de præcedentia in proceſſionibus, & alijs actionibus Eccleſiaſticis, Pius V. per Breue datum anno 1563. d. 12. Ianuarij decreuit ad fauorem Canonicorum Regularium, ob antiquitatem Ordinis iam inde ab Apoſtolis deriuatam.
81	*Cruciferi* à S. Cleto Papa inſtituti, & Reformati ab Innocentio III. & anno 1460. Pius II. Cæruleum habitum eis dedit cum cruce argentea manu geſtanda, & tandem à Pio V. confirmati, ac multis aucti ſunt Priuilegij.
101	*Clerici Regulares Ioniæ* à S. Policarpo Epiſcopo Smyrnarum inſtituti.

Anni Christi	
109	*Clerici Regulares Syriæ* à S. Ignatio Epiſcopo Antiocheno inſtituti.
253	*Eremitarum* noui Teſtamenti Primus S. Paulus Eremita.
275	*Monachi S. Antonij*, qui natus eſt anno 254. & ſolitariam vitam elegit anno 21. ætatis. De Antoniana Religione ſundata in Francia, vide Silueſtrum Marulum pag. 55.
250	*Clerici Regulares* Africani à S. Cypriano Carthag. Epiſcopo inſtituti.
362	*S. Baſilij* Monachi, *Baronius* hoc anno, & 380.
387	*Eremitarum S. Auguſtini* Ordo inſtitutus ab eo extra Mediolanum, indeq; translatus in Africam, & Thagaſte anno 319. fundatus, & paulo poſt Hippone in horto donato à Valerio Epiſc. nempe anno 391. vide P. Aloyſium Torellum Tomo 1. & 2. Seculorum Auguſtinenſium.
380	*S. Ambroſij* Congregatio ad Nemus, de qua Paulus Morigius.
400	*Io. Caſſiani* Monachi Maſſiliæ in Monaſterio S. Victoris, & in Inſula Lirinentis.
405	*S. Pachomij* Monachi, accepta Diuinitus Regula ab Angelo, obijt ille anno 405.
465	*Sabbaithæ* Monachi inſtituti à S. Sabba, qui natus eſt anno 17. Teodoſij II. Imperatoris in Oriente, ideſt anno 425.
494	*S. Benedictus* in Eremum ſecedens ordinis ſui prima fundamenta iecit, *Baronius* ad hunc annum num. 70.
827	*Equites S. Iacobi* Enſiformi Cruce inſigniti, & inſtituti primum à Ramiro Rege Hiſpaniæ approbantibus Epiſcopis: ſed militaris hæc Religio inſtaurata fuit à Petro Ferdinando anno 1170. approbante Alexandro III. profiteturq; Regulam S. Auguſtini, iterumq; confirmata eſt anno 1198. ab Innocentio III.
910	*Cluniacenſium* Ordo ſub Regula S. Benedicti inſtituitur à Bernone Abbate Balmenſi Ordin. S. Benedicti, Gulielmo I. Aruerniæ Comite, & Aquitaniæ Duce Cluniacum tradente propagatus deinde valde à S. Oddone ab anno 926. ex tomo 3. Galliæ Chriſtianæ.
967	*Camaldulenſium* Ordo, inſtitutus à S. Romualdo, qui migrauit in cœlum anno 1027. cùm vixiſſet annos 120. quorum 20. in ſeculo, 3. in Monaſterio, & 97. in Eremo. Confirmatus fuit hic Ordo ab Alexandro II. anno 1073.
1030	*Valliſumbroſæ* Ordo fundatus à S. Ioanne Gualberto, qui anno 1030. fuit eius Abbas, natus erat anno 985. obijtq; 12. Iulij anno 1073. & Canonizatus eſt anno 1193. confirmatus fuit

Ordo

Anni Chriſti.

Ordo hic anno 1070. ab Alex.II. & anno 1090.
ab Vrbano II.

1026 *Grandimontenſium* Ordo inſtitutus à Stephano
filio Stephani nobiliſſimi viri in Aruernia
Aquitanica; eius enim filius Stephanus cum
Beneuenti per annos 12. in Monaſterio S. Be-
nedicti educatus fuiſſet, poſteà annorum 30.
factus in monte Moreto Eremitarum Ordinem
inſtituit, adeo aſperè viuentium, vt loricis fer-
reis carnes induerent; qui cum locum ceſſere
Auguſtinianis, & migrarunt Grandimontem.
Obijt Stephanus 13. Februarij anno 1076. ex
Martyrologio Maurolyci, & Carolo Tappia
tractatus de Religioſis fol. 271. vnde corrigen-
di tum qui anno 1056. eius mortem ſignant,
tum qui anno 1076. Ordinis inſtitutionem.

1084 *Carthuſianus* Ordo inſtitutus à S. Brunone Co-
vel lonienſi, antea Canonico Regulari Eccleſiæ
1086 Rhemenſis, & Doctore Pariſienſi; cœpit au-
tem habitare Carthuſiæ Eremum die 24. Iunij
anno 1084. vt referunt Sigebertus, Genebrar-
dus, & Maurolycus; licet alij id referant ad an-
num 1086. vt Palmerius, Onuphrius, Baronius.
Confirmati ab Alexandro III. an. 1174.

1092 *Ciſtercienſium* Ordo fundatus à S. Roberto priùs
Abbate Moliſmenſi Benedictino Cluniacenſi
in Diœceſi Lingonienſi, vnde cum 22. Socijs
ſe in Eremum dictam Ciſtertium tranſtulit,
alij ponunt annum 1090.

1099 *Equites Ieroſolymitani* Xenodochij S. Io.Baptiſtæ
à Gerardo inſtituti; hoc enim anno 1099. Ge-
rardus cum Socijs aſſumpſit habitum nigrum
cum Cruce candida, & deinde obijt ann. 1118.
Migrarunt deinde in Inſulam Rhodum anno
1309. Turcis ereptam; amiſſa deinde Rhodo
anno 1522. die 23. Decembris, migrarunt Meſ-
ſanam, donec à Rege Philippo obtinuerunt
Melitam. Regula S. Auguſtini vtuntur.

1117 *Fontebrardi* Monachi à Roberto Bleſio Benedi-
ctino inſtituti in Francia.

1118 *Templariorum* Equitum Ordo, à nobilibus qui-
buſdam viris inſtitutus ſub Balduino Rege Ie-
roſolymis, qui induti veſte alba, rubriq; panni
Cruce inſigniti, peregrinos à Mahometanis vin-
dicantes deducebant per vniuerſam Terram
Sanctam, vſq; ad Templum S. Sepulchri.

1119 *Equitum S. Mauritij, & Lazari* Ordo inſtaura-
tur, vt ait Onuphrius, licet antea inſtitutus fue-
rit à S. Baſilio anno circiter 366. vt in ſuis Bul-
lis teſtatur Pius IV. anno 1565. poſtea vero
1572 anno 1572. Gregorius XIII. conſtituit Ma-
gnum Magiſtrum huius Ordinis Sereniſs. Ema-
nuelem Philibertum Sabaudiæ Ducem, qui ob-
tinuit vt Ordo S. Lazari, nominaretur Ordo
SS. Mauritij, & Lazari, quia S. Mauritius fuit
de domo horum Principum: profitentur Re-
gulam Ciſtercienſium; & loco Crucis viridis
vtuntur Cruce viridi inſerta Cruci candidæ, &
pallio purpureo.

1119 *Montis Virginis* Congregatio fundata à S. Gul-
lielmo Vercellenſi, in Regno Neapolitano, quæ
poſtea ab Alexandro III. conſtituta fuit ſub Re-
gula S. Benedicti, obijt Gullielmus 25. Iunij
anno 1142.

1120 *Præmonſtratenſium* Ordo fundatur à S. Norber-
to nobili Lotharingo, habita prius veſte can-
dida à Beatiſſima Virgine MARIA, qui vna
cum 13. Socijs ſeceſſit in locum diuinitùs præ-
monſtratum, confirmatuſq; eſt Ordo eodem
anno à Calliſto II. profitebantur Regulam S.
Auguſtini, dictiq; inde ſunt *Canonici Regula-
res S. Auguſtini.* Geſtant tunicam albam cum
rocchetto ſubtiliſſimi lini, & pallium, ſeu cap-
pam albam apertam more Carmelitarum.

Anni Chriſti.

1147 *Equites de Auis* ab Alphonſo I. Rege Luſitaniæ
inſtituto, geſtant Crucem rubram cum duobus
auibus nigri coloris.

1155 *Ordo Gglielmitarum*, ſeu potius Congregatio in-
ſtituta eſt in ordine Erem. S. Auguſtini, à S.
Gulielmo, Aquitaniæ Duce, cuius ipſe alum-
nus fuit.

1157 Deinde poſt eius mortẽ valde propagatur à duo-
bus eius Diſcipulis BB. Alberto, & Reginaldo
licet alij id tribuant B. Io. Bono Mantuano,
cum Sabellico, & Onuphrio.

1158 *Floriacenſes* Monachi ab Abbate Ioachimo, antea
Monacho Ciſtercienſi, inſtituti, & poſtea pri-
ſtino Ordini iterum vniti 1196.

1160 *Calatrauæ Equites* à Sanctio III. Rege Toleti
vel fundati, & ita dicti à loco vbi degebant: veſte
1157 nigra & cruce rubra vtentes, Ciſtercienſium
Regulam imitantur; confirmatus poſtea fuit
Ordo hic militaris anno 1198. & iterum anno
1390. à Benedicto 13. qui eis Crucem dedit:
caue à Marulo pag. 226. vbi pro anno 1160.
habet annum 1120. ſed certè hoc anno non
vixit Sanctius Rex Toleti, alij ponunt annum
1157.

1163 *Canonici Regulares* S. Sepulchri confirmati à Cæ-
leſtino II. ſed antea inſtituti.

1170 *Humiliatorum* Ordo inſtitutus à Ioanne de Meda
Comenſi, & confirmatus anno 1200. *ex Onu-
phrio*, alij dicunt cœpiſſe anno 1150. ſed illu-
ſtratum, & formatum à Io. de Meda ſub habi-
tu candido imò Marulus in Oceano Religio-
num refert Ioannem obijſſe 26. Septembris
anni 1159. & tamen infra addit hanc Religio-
nem inchoatam fuiſſe anno 1180. quæ nullo
pacto conciliari queunt.

1170 *Carmelitarum* Ordo collectus fuit in Montem
vel Carmeli ab Almerico Legato Apoſtolico, &
1171 Patriarchá Antiocheno; ſed illis Regulam no-
uam dedit S. Albertus Patriarcha Ieroſolymi-
tanus, ſiue anno 1171. vt placet *Silueſtro Ma-
rulo* in Oceano Religionum fol. 285. ſiue anno
1205. vt placet *Onuphrio Patauino*, qui addit
Ordinem confirmatum ab Honorio IV. da-
tumq; ipſis pallium album anno 1285. ſed an-
tea confirmatus fuerat ab Honorio III. anno
1216.

1156 *Alcantaræ* Equites fundati à Gomeſio Fernan-
& dio, vel ſub Ferdinand. R. Legionis vno Equi-
1177 tum Calatrauæ ſub Regula Ciſtercienſium, ita
dicti ab Vrbe Alcantara iuxta Tagum, vbi ha-
bent inſigne Templum: geſtant in pectore
Crucem viridem, inſtitutio fuit anno 1156. ſed
approbatio 1177.

1184 *Teutonicorum* Equitum Ordo *S. Mariæ* de quo
Silueſter Marulus fol. 212.

1190 *Marianorum* Ordo militaris Ptolemaide inſtitu-
tus ad imitationem Teutonicorum, ex Gene-
brardo in Cæleſtino III.

1197 *Cruciferorum* Ordo Italicus, de quo Genebrar-
dus in Cæleſtino III. & Onuphrius de his me-
minit anno 1169.

1198 *Trinitatis* Ordo pro Redemptione Captiuorum
inſtitutus à Io. Matha, & Felice Anachoreta,
Romæ, approbante Innocentio III. d. 28. Fe-
bruarij confirmatus deinde anno 1204. & 1208
Geſtant habitum album cum Cruce cærulea
in pectore.

1208 *PP. Prædicatorum* Ordo à S. Dominico, prius
Canonico Regulari inchoatus in regione To-
loſæ, deinde approbatus ab Innocentio III.
anno 1215. & confirmatus ab Honorio III, an-
no 1216.

1207 *Franciſcanorum* Conuentualium Ordo à S. Fran-
ciſco Aſciſinate inſtitutus anno 1207. vel vt ha-
1209 bet Genebrardus 1209. confirmatus eſt anno
1212.

Anni Chriſti.

1212. ab Innocentio III. & ab Honorio III.
1221 anno 1223. Tertiarij autem anno 1221.
1215 *Eremitæ S. Pauli* in Hungaria inſtituti à B. Euſe-
bio Strigonienſi occaſione Corporis S. Pauli
translati in templum prope Budam; licet anno
tantum 1263. cœperit dici *Ordo S. Pauli primi
Eremitæ*, quando Regulam accepit à Paulo
Epiſcopo Veſprini, & Regulam S. Auguſtini
impetrauit à Legato Pontificio anno 1308. con-
firmatuſque fuit hic Ordo anno 1317. à Ioan-
ne XII.
1216 *Seruitarum* Ordo hic inſerendus ex dicendis an-
no 1282.
1218 *S. MARIAE de Mercede Redemptionis Capti-*
alijs *uorum* Ordo militaris Barcinone d. 10. Augu-
1219 ſti inſtitutus à Petro Rege Aragoniæ, S. Petro
Nolaſco, & S. Raymundo de Pennaforti, ex
reuelatione qua Beatiſſima Mater Redempto-
ris noſtri apparuit ſingulis eorum, & declara-
uit, quàm gratum eſset Filio ſuo, redimere
Captiuos de manibus infidelium Maurorum,
& Saracenorum. Illo ergo die in Eccleſia S.
Crucis S. Raymundus poſt Concionem dedit
S. Petro Nolaſco tunicam albam, cum Scapu-
lari Cappa, & Capitio albis ad honorem Vir-
ginitatis Deiparæ; Petro autem Regi dedit
ſcutum cum ſeptis rubeis in campo flauo, &
crucem albam de collo ſuſpenſam ante pectus:
Et primus Generalis huius Ordinis fuit Frater
Petrus Nolaſcus. Præter votum autem Caſti-
tatis, Paupertatis, & Obedientiæ, habent quar-
tum votum remanendi in Captiuitate infide-
lium vice aliorum captiuorum ſi ita neceſse
ſit, & profitentur Regulam S. Auguſtini, con-
firmante id Gregorio IX. anno 1230. Obijt
autem S. Petrus Nolaſcus anno 1249. illa ver-
ba canens. *Redemptionem miſit Dominus po-
pulo ſuo*; Refert autem Silueſter Marulus in
Oceano Religionum fol. 336. anno 1613.
Captiuos liberatos ab hac Religione numera-
tos fuiſse 18343. Sed Monachi anno 1218.
Equites autem anno 1232. inſtituti.
1223 *S. Claræ* Monialium Ordo ab ipſa S. Clara ſub
Regula S. Franciſci inſtitutus, & paulo poſt
Tertiarij.
1231 *Canonici Regulares S. Marci* Mantuæ notantur
ab *Onuphrio* ad hunc annum 1231. ſed Inno-
centius III. in Bulla anni 1205. conſeruata ibi
in Monaſterio S. Marci affirmat eos eſſe ad
normam Canonicorum, quos S. Marcus Euan-
geliſta inſtituit, idemq; affirmat Honorius III.
in Bulla anni 1218.
1232 *Silueſtrini Monachi* fundati à B. Silueſtro ponun-
tur ab *Azorio* part. 1. Inſtit. Moral. l. 12. c. 21.
& confirmatus eſt Ordo ab Innocentio IV. an-
no 1258. ſed eſt error in numeris, eo enim an-
no Innocentius IV. non viuebat. At Silueſter
Marulus affirmat inſtitutum fuiſſe hunc Ordi-
nem ſub Regula S. Benedicti anno 1269.
1273 *Cæleſtinorum* Ordo inſtitutus ſub Regula S. Bene-
vel dicti à S. Petro de Monte Murone, nato Iſer-
1274 niæ in Regno Neapolitano anno 1215. & po-
ſteà anno 1293. creato Pontifice dictoq; Cæ-
leſtino V. vnde dictus eſt hic Ordo Cæleſtino-
rum, cum antea diceretur Ordo Petri de Mu-
rone, confirmatus anno 1274. à Gregorio X.
obijt autem S. Petrus anno 1296. d. 19. Maij
canens pſalmum *Laudate Dominum in Sanctis
eius*, poſt illum verſiculum: *Omnes Spiritus
laudet Dominum*, & Canonizatus fuit 3. die
Maij anni 1313.
1216 *Seruitarum* Ordo initium habuit anno 1216. vt
patet ex antiquo Chronico, quod PP. Seruitæ
conſeruant, & inſcribitur. *Incunabula Ordinis
Seruorum, ſub Deiparæ Virginis vexillo mili-
tantium*; vnde corriges eos, qui eius princi-
pium ponunt anno 1233. vel 1252. vel 1282.
vel 1285. vel 1286. confundentes confirmatio-
nes, & Priuilegia cum inſtitutione. Fuere au-
tem ſeptem eius inſtitutores Mercatores Flo-
rentini, de quibus vide Marulum in Oceano
Religionum fol. 300.
1316 *Monteſiæ* Ordo militaris in Regno Valentiæ con-
ſtitutiones accepit à D. Aluaro Equitæ Ordi-
nis Calatrauæ, iuſſu Iacobi II. Regis Arago-
niæ, & fratris Garciæ Lopez Magni Magiſtri
Calatrauæ. Huic Religioni anno 1399. vnita
fuit Religio militaris *S. Georgij Alfamæ* inſti-
tuta olim anno 1201. in Diœceſi Dertuſæ.
Militant ſub Regula Ciſtercienſium, & Cruce
rubra vtuntur.
1319 *Oliuetanus* Ordo, ſeu Monachorum Montis Oli-
ueti, inſtitutus à B. Bernardo, Tolomeo, &
Ambroſio Piccolhomineo, & Patritio Senenſi-
bus in Monte Senis diſtante 15. milliaria pro-
pe Montem Alcinum, quem nominarunt Mon-
tem Oliueti: ſub Regula S. Benedicti ſed in
veſte alba cælitùs data à Beatiſſima Virgine
Matre Dei anno 1320. in feſto S. Agnetis; alij
dicunt anno 1324.
1320 *Equites IESV Chriſti* in Regno Luſitaniæ inſti-
tuti à Ioanne XXII. alijs XXIII. Summo Pon-
tifice, cum veſte nigra, & Cruce purpurea con-
tra Saracenis, ſub Regula Ciſtercienſium.
1350 *Equites Stellæ*, Pariſijs inſtituti à Ioanne Rege
Franciæ initio Regni, & priuilegijs aucti in
fine Regni anno 1363. eorum Symbolum erat
Stella, quã in pallio geſtabant, cum inſcriptio-
ne: *Monſtrant Regibus aſtra viam*; fuit enim
hic ordo erectus ad honorem 3. Sanctorum
Magorum.
1354 *Equites Periſcelidis*, vulgo *della Gartiera*, inſti-
tuti ad honorem S. Georgij ab Eduardo III. R.
Angliæ.
1355 *Ieſuatorum* Ordo inſtitutus à B. Ioanne Colom-
bino Senenſi, qui obijt anno 1367. Extinctus
à Clemente IX. Summo Pontifice anno 1668.
1360 *Equites Annunciatæ* inſtituti ab Amedeo VI.
Com. Sabaudiæ, in memoriam Amedei primi,
qui Rhodum contra Turcas propugnauit, vnde
circa Crucem candidam in Campo rubro ſcri-
ptum geſtant: *Fortitudo eius Rhodum tenuit*,
his litteris indicantibus F. E. R. T.
137[illegible] *Eremitæ S. Hieronymi* inſtaurati à B. Petro Piſa-
no de Gambacurtis in Italia, ſed in Hiſpania à
B. Thoma, alijſq; eius ſocijs, qui Ordo con-
1373 firmatus fuit à Gregorio XI. anno 1373.
1373 *S. Brigittæ* Monialium, & Monachorum Ordo ab
ipſa antea inſtitutus, confirmatus fuit à Gre-
gorio XI. aliqui referunt id ad annum 1376.
imò cum Romam Deo iuſſu veniſſet ann. 1346.
& iam Ordinem ſuum in Monaſterio Valta-
nenſi inſtituiſſet, ſub Regula Saluatoris ab ipſo
Domino accepta, illa inſtitutio præceſſit con-
firmationem.
1376 *Vitæ Communis* Congregatio inſtituta à Gerardo
Magno ex Diœceſi Traiectenſi, qui obijt an-
no 1384. ex ea Congregatione fuit Gabriel
Baiel.
1388 *Equites* Balthei, ſeu *Bandæ* inſtituti à Rege Al-
phonſo in Hiſpania.
1400 *Minorum* Obſeruantiæ Ordo, dictus Lignipe-
dum, ſeu Soccolantium inſtitutus à S. Bernar-
dino Senenſi circa annum 1400. reformante
Ordinem S. Franciſci. Obijt autem S. Bernar-
dinus anno 1444. annorum 64. & Canonizatus
eſt à Nicolao V. anno 1450. die Pentecoſtes.
Ex ea reformatione Ordo S. Franciſci diuiſus
eſt in duos Ordines nimirum Conuentualium,
& Minorum Obſeruantium, & Italicè illi dicti
ſunt, *Scarpanti*, hi *Zoccolanti*.

Cano-

ni ifti.

04 *Canonici Seculares S. Georgij* Venetijs antea Clerici inſtituti ab Antonio Corrario, & Gabriele Gondelmerio in Monaſterijs S. Nicolai in littore prius habitarunt, & poſteà à Ludouico Barbo Priore S. Georgij in Alega inuitati, habitarunt illius Eccleſiam, & Monaſterium & facti ſunt Canonici; quos deinde auxit B. Laurentius Iuſtinianus primus Patriarcha Venetiarum, qui obijt anno 1455. ſupra veſtem albam geſtant tunicam cæruleam cum manicis amplis, & capitio ſuper homeros, ac biretum cæruleum: Profeſſionem tamen ſolemnem non cœperunt facere niſi anno 1520. Hic tamen Ordo à Clemente IX. extinctus eſt anno 1669.

06 *Mendicantes* Fratres S. Hieronymi Feſulis inſtituti ſub Regula S. Auguſtini à Carolo Redone Comite Montis Graneli, & Gualterio Marſe.

408 *Canonici Reg. S. Saluatoris* inſtituti à B. Stephano Senenſi Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, qui prius habitarunt in nemore prope Senas ſupra lacum, vbi erat Eccleſia S. Saluatoris; vnde prius dicti *Canonici S. Saluatoris de Silua lacus*, inde autem venientes Bononiam à Senę quodam Canonico Regulari obtinuerũt illud Monaſterium, quod nunc incolunt, & Monaſterium S. Mariæ Rhenanæ; Defuncto autem B. Stephano anno 1423. tandem ſub Martino V. obtinuerunt S. Donati templum dictum de Scopeto Florentiæ, vnde dicti fuere *Scopetini*.

408 *S. Iuſtinæ* Congregatio Pataiuij inſtituta ſub Regula S. Benedicti à Ludouico Barbo, qui prior erat S. Georgij in Alega.

419 *Aurei Velleris Equites* inſtituti à Philippo Bono Duce Burgundiæ, & firmati ann. 1430.

irca 420 *S. Franciſca Romana* Canonizata fuit à Paulo V. anno 1608. die 29. Maij, quæ fundauerat Moniales Turris Speculorum ſub regula Montis Oliueti, & obierat annor. 56. anno 1430. d. 9. Martij.

421 *Lupi Olmeti* Congregatio ſub regula S. Hieronymi, qui fuit Hiſpanus, & obijt Romæ anno 1433. quo anno quidam Ordinis initia notant.

436 *Minimorum* Ordo, ſeu Paulinorum inſtitutus eſt à S. Franciſco de Paula anno ætatis 20. natus eſt anno 1416. & obijt feria 6. maioris hebdomadæ 2. Aprilis anno 1507. annorum 91. Ordo confirmatus 28. Iulij à Iulio II. anno 1506.

1433 *S. Ambroſij ad Nemus* Fratres inſtaurati ab Alexandro Criuello Alberto Beſuzzo, & Antonio Petra Sancta nobilibus viris Mediolanenſibus, alij id conferunt in annum 1431.

1460 *Amedeorum* Ordo à B. Amedeo Luſitano, qui obijt Mediolani anno 1482. Veſtis eorum erat ſimilis habitui Soccolantium, & ideo Pius V. eos his aggregauit.

1469 *Equitum S. Michaelis* Ordo militaris fundatus à Ludouico IX. Rege Franciæ, in memoriam Apparitionis S. Michaelis Archangeli ſupra pontem Aurelianenſem defendentis eam vrbem ab Anglis.

1484 *Baptiſtellorum* Congregatio Genuæ inſtituta à Fratre Baptiſta Eremitano.

1489 *Conceptionis* Ordo Monialium fundatus à B. Beatrice de Silua Toleti, de quo nos plura in opere de Immaculata Conceptione Deiparæ; fuitq; approbatus ab Innocentio VIII. die 30. Aprilis anni 1489.

1492 *Dolcettanorum* Congregatio Eremitana inſtituta à Fratre Felice Apulo.

1519 *Camaldulenſes Montis Coronæ* Eremitæ ad imitationem S. Romualdi fundati à Paulo Iuſtiniano Veneto, nato anno 1476. & defuncto anno 1528. d. 28. Iunij.

1524 *Clerici Regulares* dicti Teatini, à Reuerendiſſimo Io. Petro Carafa Archiepiſcopo Teatino, B. Caietano Tienneo nobili Vicentino, Bonifacio de Colle Alexandrino, & Paulo Conſiliario Romano, qui Profeſſionem ſuam ediderunt Romæ in Templo S. Petri in feſto S. Crucis die 14. Septemb. anno 1524. deinde Carafa fuit Summus Pontifex Paulus IV.

Anni Chriſti.

1525 *Capuccinorum* Ordo fundatus à Matthæo Baſcio, ſeu Barcio, vt referunt Paulus Morigia de Origine Religionum cap. 43. & Silueſter Marulus in Oceano Religionum lib. 5. fol. 375. ex ſcriptis Fratris Ioannis de Terranoua: eſto *Ioſephus Zarlinus* Clugienſis in tractatu de Origine Capuccinorum contendat aliquot annis ante cœpiſſe hunc ordinem.

1526 *Boni IESV* Presbyteri inſtituti Rauennæ à D. Seraphino Firmano Canonico Regulari S. Saluatoris in Laterano.

1526 *Clerici S. Pauli decolati* inſtituti à Iacobo Morigia Mediolanenſi, Franciſco Maria Zacharia Cremonenſi, & Bartholomæo Ferrerio Mediolanenſi, qui in vnum conſpirarunt auditis Concionibus P. Seraphini, & ab eo inſtructi, ac muniti monitis S. Auguſtini; fuitq; illis datum Oratorium antiquum Canonicor. Regularium Mediolani, cuius titulus erat *S. Barnabas*, vnde & Barnabitæ ſunt appellati; deinde à Clemente VII. impetrarunt facultatem ſimul habitandi, Profeſſionem nuncupandi, & alia loca pro ſua Congregatione acceptandi anno 1533.

1531 *Somaſchorum* Clericor. Congregatio inſtituta prius Venetijs à Hieronymo Æmiliano, qui cœpit colligere orphanos, eoſq; alere, & inſtruere ad pietatem &c. quod fecit poſtea Bergomi, & poſteà in Villa *Somaſcha* inter Mediolanum, & Bergomum, in qua tandem obijt, & inde traxit nomen Congregatio: licet Congregatio hæc non fuerit confirmata niſi anno 1540. à Paulo III. & à Pio V. conceſſum, vt tria vota ederent, & alia loca acceptarent, in quibus viuerent Orphani, & Collegia vbi Clerici ſimul habitarent, vocarenturq; *Clerici Regulares S. Maioli Papienſi*. Quidam tamen ſcribunt natum eſſe B. Hieronymum anno 1481. & anno ætatis 37. ideſt 1518. cœpiſſe Orphanos congregare.

1534 *Societatis IESV* Inſtitutum cœpit eo ipſo anno, quo Henricus VIII. Rex Angliæ horrendo, ac turpiſſima de cauſa Schiſmate ab Eccleſia Romana ſe ſeparauit. S. IGNATIVS Loyola cum Socijs die 15. Auguſti Pariſijs in Monte Martyrum ſub patrocinio Reginæ Cœli in cœlum eo die Aſſumptæ ſua Vota nuncuparunt, & primi Inſtituti noſtri fundamenta iecerunt. Anno deinde 1539. Paulus III. oblatam ſibi Inſtituti huius formulam die 3. Septembris legens, cum eſſet Tiburi, pronunciauit: *Digitus Dei eſt hic*. Et anno 1540. Inſtitutum Societatis

1540 huius approbauit per Bullam incipientem *Regimini militantis Eccleſiæ* datam d. 27. Septembis, ſed reſtringens numerum Profeſſorum ad 60. quam reſtrictionem idemmet ſuſtulit anno 1543. per Bullam incipientem: *Iniunctum nobis* d 14. Martij. Notandum verò eſt S. Ignatium natum eſſe anno 1491. & illo ipſo anno, quo Lutherus Vuormatiæ apertè ſuam apoſtaſiam coràm Carolo V. manifeſtauit, ideſt anno 1521. conuerſum fuiſſe ad meliorem vitam, ac mundo valedixiſſe, ſeque Voto nuncupato Deo dedicaſſe. Migrauit deinde in cœlum anno 1556. die 31. Iulij feria 6. in peruigilio S. Petri in Vinculis, & anno 1609. à Paolo V. inter Beatos relatus eſt cum Miſſa, & Officio; demumq; anno 1622. d. 12. Martij à Gregorio XV. inter Sanctos adſcriptus.

Anni Christi.	
1562	*Carmelitarum Diſcalceatorum* Ordo inſtitutus à S. Tereſia, quæ anno 1515. nata ad Moniales S. Mariæ de Monte Carmelo ſe contulit anno 1535. annum agens 20. vbi per annos 18. vixit tentata morbis grauiſſimis, & alijs tentationibus abſq; conſolationibus cœleſtibus. Anno deinde 1562. Reformauit Ordinem, & 20. inde anno migrauit ad Sponſum cæleſtem an. 1582. die 5. Octobris, quæ iuxta Kalendarium Gregorianum euaſit 15. dies, agebatq; annum 67. & inter Sanctas Virgines relata fuit à Gregorio XV. anno 1622. d. 12. Martij. Ordo approbatus à Pio V. 17. Iulij 1565.
1538	*Hoſpitalariorum* Ordo, ſeu Sportulæ inſtituitur à Ioanne de Deo, qui natus eſt anno 1495. in Diœceſi Eborenſi, obijtq; anno 1550. annorum 55. qui Ordo dictus eſt Italicè *della Sporta*, quia Sportula colligebat eleemoſynas pro pauperibus, & quia ipſe, & eius aſſeclæ ſolebant petere eleemoſynas hac formula. *Fate ben Fratelli*, nominati ſunt *li ben Fratelli*. Hic conuerſus fuit in Concione à Io. Abulenſi, & deinde ab eodem inſtructus.
1550	*Oratorij Congregatio* cœpta eſt à S. Philippo Nerio Florentino Romæ, & confirmata à Gregorio XIII. anno 1576. Ipſe autem natus eſt anno 1515. & obijt anno 1595. annorum 80.
1561	*Equites S. Stephani* Papæ, & Martyris ſub regula S. Benedicti, inſtituti à Coſmo Mediceo, & à Pio IV. approbati kal. Febr.
1574	*Congregatio Matris Dei* Lucæ inſtituta à P. Ioanne Leonardio Lucenſi, diſcipulo S. Philippi Nerij.
1579	*Equites S. Spiritus* inſtituti ab Henrico III. Reg. Galliæ, geſtant Crucem argenteam in capitibus liliatam, cum Columba in medio, qui Ordo confirmatus eſt anno 1588.
1586	*Clericorum Regularium Infirmis Miniſtrantium* Congregatio inſtituta à B. Camillo de Lellis, ſeu Lælijs approbata, & confirmata fuit d. 18. Martij anno 1586. à Sixto V. & poſtea declarata Religio à Gregorio XIV. anno 1591. die 21. Septemb. Ipſe autem B. Camillus natus eſt anno 1550. & obijt 14 Iulij 1614.
1608	*Equites Redemptoris* ad honorem Sanguinis eius Mantuæ aſſeruati, inſtituti, & rogatu Vincentij Ducis Mantuæ confirmati à Paulo V. d. 25. Maij.
1608	*Equites Carmelitani* inſtituti die 26. Februarij ab Henrico IV. R Galliæ geſtant Crucem ſemipuniceí coloris, cum imagine S. Mariæ Carmelitanæ.
1610	*Viſitationis* Ordo à S. Franciſco Saleſio inſtitutus d. 6. Iunij ex eius vita.
1617	*Congregatio Pauperum Matris Dei* fundata à Ioſepho Calaſentio Catalano, & approbata anno 1621. à Gregorio XV. & dicta Scholarum Piarum.
1624	*Conceptionis Deiparæ* Ordo militaris inſtitutus à Ferdinando Duce Mantuæ, Carolo Duce Niuernenſi, & Adolpho Comite Analtino, confirmatur die 11. Februarij ab Vrbano VIII.

IDEM CATALOGVS ORDINE ALPHABETICO.

	Anni Christi.
A	
ALcantaræ Equites inſtituti	1156
ſtabiliti	1177
Amadæorum Ordo inſtit.	1460
S. Ambroſij Monachi ad Nemus	380
inſtaurati	1433
Annunciatæ Virginis Equites	1360
S. Antonij Monachi in Ægypto	275
Auis Equites in Luſitania	1147
S. Auguſtini Eremitæ ab eo inſtituti	387
Aurei Velleris Equites	1419
B	
BAlthei, ſeu Bandæ Equites	1388
Baptiſtellorum Congregatio	1484
Barnabitarum Congregatio	1526
S. Baſilij Monachi	362
S. Benedicti Monachi	494
Boni IESV Congregatio	1526
S. Brigittæ Ordo	1375
C	
CAlatrauæ Equites	1157
Camaldulenſes	967
Camaldulenſes Montis Coronæ	1519
Canonici Regulares cœpere Apoſtolorum tempore, & à Gelaſio Lateranenſes facti	495
Canonici Regulares S. Sepulchri	1163
Canonici Regulares S. Marci Mantuæ	1231
Canonici Regulares S. Saluatoris	1408
Canonici Seculares S. Georgij in Alega	1404
Capuccini	1525
Carmelitani ex Eremis collecti in Monaſteria	1170
confirmati	1216
Carmelitæ Diſcalceati	1562
Carmelitani Equites	1608
Carthuſiani, ſeu Carthuſienſes	1084
Caſſiani Monachi Maſſiliæ	400
Cæleſtini S. Petri de Murrone	1275
Ciſtertienſes	1092
S. Claræ Ordo Monialium	1223
Clerici Regulares in Ionia	101
Clerici Regulares in Syria	109
Clerici Regulares in Africa	250
Clerici Regulares Teatini	1524
Clerici Regulares S. Pauli Decollati	1526
Clerici Regulares Infirmis ſeruientes	1586
Clerici Seculares Matris Dei Lucæ	1574
Cluniacenſes Monachi	910
Conceptionis Ordo Monialium	1489
Conceptionis Ordo Militaris	1624
Cruciferi in Italia	1197
Cruciferi S. Cleti, Reformati	1460
D	
DOlcettani Eremitæ	1492
Dominicani	1208
E	
ERemitæ S. Pauli primi Erem.	253
Eremitæ S. Auguſtini	387
Eremitæ S. Pauli in Hungaria	1215
Eremitæ S. Hieronymi	380
inſtaurati in Italia	1370
F	
FLoriacenſes Monachi	1158
Franciſcani Conuentuales	1207
S. Franciſcæ Romanæ Moniales	1420
G	
GArſeriæ Equites	1354
Ginetæ Equites à Carolo IV. Franciæ;	1381
Grandimontenſes	1026
Gullielmitæ S. Gullielmi Ducis Aquit.	1155

Hiero-

	Anni Christi.
H	
Hieronymiani antiqui	380
recentiores	1370
Hieroſolymitani Equites	1099
Hoſpitalarij, ſeu Sportularij	1538
Humiliati	1170
I	
S. Iacobi Equites	827
IESV Chriſti Equites	1320
Ieſuati B. Io. Columbini	1355
S. Iuſtinæ Congregatio Patauina	1408
L	
S. Lazari Equites	366
ſed iuncti S. Mauritij Equitibus	1190
Lupi Olmeti Congregatio	1421
M	
S. Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum	1218
Mariani Equites Ptolemaidis	1190
Matris Dei Congregatio Lucenſis	1574
S. Mauritij Equites	1190
Mendicantes S. Hieronymi	1406
Minimi S. Franciſci de Paula	1436
S. Michaelis Equites	1469
Minores de Obſeruantia Lignipedes	1400
Monteſiæ Ordo Equeſtris	1316
Montis Virginis Congregatio	1119
ſtabilita	1221
O	
Oliuetani, ſeu Montis Olieti	1319
ſtabiliti	1324
Oratorij Congregatio S. Philippi Nerij	1550
P	
S. Pauli Decollati Clerici Regulares	1526
S. Pachomij Monachi	405
Paulini, ſeu Minimi	1436
Pauperes Matris Dei	1621
Periſcelidis, ſeu Garteriæ Equites	1354
Prædicatores S. Dominici	1203
Præmonſtratenſes S. Northberti	1120
R	
Redemptionis Captiuorum S. Mariæ de Mercede	1218
Redemptoris Equites, ſeu Sanguinis Mantuæ ſeruati	1608
S	
Sabbaitæ Monachi	465
Saluatoris Equites ab Alph. Aragon.	1118
Seruitarum Ordo	1216
Scopetini, ſeu Canonici S. Saluatoris	1408
Silueſtrini	1232
Societas IESV minima	1534
confirmata	1540
Somaſchorum Congregatio	1531
confirmata	1540
S. Spiritus Equites	1579
Stelle Equites	1352
S. Stephani Papæ, & Martyrijs Equites	1559
confirmati	1561
T	
Templarij Equites	1118
Tertiarij S. Franciſci	1221
Teutonici Equites	1184
Trinitatis Ordo Redemptionis Captiuorum	1198
Turris Speculorum Moniales Romæ	1420
V	
Vallis Vmbroſæ Monachi	1030
Viſitationis Moniales S. Franciſci Saleſij	1610
Vitæ Communis Congregatio	1376

CATALOGVS VII.

SANCTORVM, AVT BEATORVM,

De quorum Canonizatione, aut Beatificatione tempora, aut Pontifices conſtant ex Bullis Pontificijs, aut Vitis eorum correctis, aut ex Indicæ F. Lucæ Caſtellini in Tractatu de Certitudine Gloriæ Sanctorum à folio 430.

A

Sanctus, vel Beatus *Albertus* Carmelita anno 1476. à Sixto IV. ſi non canonizatus, vt quidam putant, ſaltem Beatificatus eſt.

S. *Albertus* Ianuenſis, Ordinis Ciſtertienſis Conuerſus, ab Alexandro IV. Canonizatus.

S. *Adalbertus* Epiſcopus Pragenſis, & Martyr, de quo in Martyrologio ſub die 23. Aprilis, canonizatus à Gregorio V.

B. *Albertus Magnus* Ordin. Prædicator. beatificatus creditur viuæ vocis oraculo à Gregorio XV. d. 21. Sept. anno 1622. vide Lucam Caſtellinum cap. 2. nu. 3.

S. *Alferius* Monachus Cluniacenſis, S. Odilonis diſcipulus, à Victore III. Sanctis adſcriptus.

B. *Aloyſius Gonzaga* Soc. IESV alicubi cultui fidelium permiſſus à Paulo V. anno 1606. & Beatorum Catalogo cum publico honore in locis Soc. &c. adſcriptus à Gregorio XV. die 2. Octobis anni 1621.

B. *Ambroſius Sanſedonius* Ord. Prædicator. Senis coli cœptus anno 1443. de indultu Eugenij IV. & Martyrologio inſertus de mandato Clementis VIII. vt notat Baronius ſub 20. Martij; eiuſq; cultus extenſus ad vniuerſum Ordinem Prædicatorum à Gregorio XV. d. 8. Octobr. an. 1622.

S. *Ampelius* Epiſcopus Mediolanenſis Sanctis adſcriptus à Ioanne V.

S. *Andreas Corſinus* anno 1373. defunctus, ab Vrbano VIII. Canonizatus eſt anno 1629.

B. *Andreas Auellinus* Clericus Regularis, Beatificatus eſt d. 10. Iunij anno 1625. ab Vrbano VIII.

S. *Angelus Carmelita*, & Martyr ab Honorio III. inter Sanctos relatus.

S. *Antoninus* Archiepiſcopus Florentinus 2. Maij anno 1459. defunctus annor. 69. poſtea canonizatus 31. Maij anno 1523. ab Hadriano VI. cuius Bulla confirmata eſt, & edita à Clemente VII. 26. Nou. anno eodem 1523.

S. *Antonius Vlyſſipponenſis*, dictus à cultus celebritate, locoq; ſepulturæ *Patauinus*; defunctus eſt anno 1231. annorum 36. Annoq; ſequenti 1232. Spoleti Canonizatus eſt à Gregorio IX. in die feſto Pentecoſtes, eodemq; die, quo expedita fuit Bulla Canonizationis, Campanæ omnes Vlyſſippone ſponte ſonuerunt, exultante tota Vrbe, ac iubilante, licet adhuc neſciente cauſam tanti prodigij.

S. *Appolio* Eremita, & Martyr Sanctis adſcriptus à Nicolao I.

S. *Arduinus* Presbyter Ariminenſis Catalogo Sanctorum additus à Ioanne XV.

S. *Arnoldus Abbas* à Leone IX. Sanctorum Faſtis adſcriptus.

S. *Attilanus* Epiſcopus Tamoræ, Sanctorum numero additus ab Vrbano II. anno 1088.

B. *Agnes* de Monte Politiano Beatis adſcripta d. 23. Febr. anni 1601. à Clemente VIII.

B

SAncta *Bathilda* de pago Abramenſi à Nicolao I. canonizata.

S. *Bellinus* Epiſcopus Patauij, & Martyr, anno 1450. canonizatus ab Eugenio IV.

S. *Benno* Epiſcopus Miſnenſis obijt anno 1459. die feſto Sanctiſs. Trinitatis, & anno 1523. relatus eſt inter Sanctos ab Hadriano IV. die 31. Maij, fremente nequicquam, ac furijs infernalibus obſtrepitante Luthero.

BB. *Berardus*, *Accurſius*, *Adiutus*, *Otho*, & *Petrus* Franciſcani, qui Marrochij martyrium paſſi ann. 1220. 16. Ianuarij a Sixto IV. Beatificati ſunt 7. Aug. anno 1481.

S. *Bernardinus* Senenſis migrauit in Cælum annorum 66. anno 1444. die Aſcenſionis; & anno 1450. a Nicolao V. Romæ Sanctorum Catalogo adſcriptus eſt 24. Maij in feſto Pentecoſtes. Alij dicunt 1451. d. 19. Maij, ſed errant.

S. *Bernardus* Abbas Claræuallis ingreſſus iam annum 64. ad cælum euolauit anno 1153. & canonizatus eſt anno 1164. ab Alexandro III. Anagniæ d. 18. Ianuarij.

S. *Bertoldus* Parmenſis a Calliſto II. Sanctis adnumeratus.

S. *Bommercatus* Clericus Ferrarienſis, & Martyr, appellatus Sanctus ab Innocentio VIII.

S. *Bonauentura* S. R. E. Cardinalis, migrauit ad Dominum die 14. Iulij anno 1274. diebus 130. poſt mortem S. Thomæ Aquinatis, & Canonizatus eſt a Sixto IV. anno 1482. die 14. Aprilis in feſto Aſcenſionis Romæ.

S. *Bononius* Abbas a Ioanne XXI. inter Sanctos relatus.

S. *Brigitta* Sueciæ migrauit ad Chriſtum Romæ an. 1373. annos nata 70. d. 23. Iulij, & anno 1391. 7. Octobr. a Bonifacio IX. canonizata fuit Romæ, quæ canonizatio confirmata fuit a Martino V. Kal. Iulij anno 1419.

S. *Bruno* Carthuſianus Sanctis adſcriptus eſt a Leone X. anno 1514.

S. *Bruno* Epiſcopus Herbipolis Sanctis adnumeratus a Benedicto VI.

S. *Bruno* Epiſcopus Signiæ Sanctis adſcriptus a Lucio III.

S. *Burchardus* Epiſcopus Herbipolenſis Sanctorum Faſtis adiectus a Benedicto VI.

C

SAnctus *Canutus* Rex Daniæ, Duxq; Slauiæ, & Martyr, anno 1164. ab Alexandro III. Sanctorum catalogo adſcriptus eſt.

S. *Carolus Borromæus* S. R. E. Cardin. & Archiep. Mediolan. natus anno 1538. obijt anno 1585. Anno autem 1610. die 1. Nouembis Sanctorum omnium catalogo adſcriptus eſt a Paulo V.

B. *Carolus Magnus* Imperator ſupponitur Beatificatus, apud Hoſtienſem, & Ioannem Andream in cap. 1. de Reliquijs, & veneratione Sanctorum; immò canonizatus a Paſquali apud Galeſinum in Martyrologio, & Petrum de Natalibus in Catalogo Sanctorum lib. 11. Tolerauit autem Eccleſia acta Paſqualis, licet tunc Papæ intruſi.

S. *Caſimirus* Poloniæ Princeps, in cælum euolauit 4. Martij anni 1489. & a Leone X. inter Sanctos connumeratus eſt.

S. *Catharina* Senenſis Virgo migrauit ad cæleſtem Sponſum anno 1380. annos nata 33. & inter cæleſtes, Sanctaſq; Virgines relata fuit a Pio II. anno 1461. 29. Iunij.

B. *Catharina* Bononienſis: de hac in fine Catalogi.

S. *Catharina* Sueca filia S. Brigittæ Sanctis adſcripta ab Vrbano VI.

S. *Clara* Virgo anno 1253. defuncta, fuit canonizata ab Alexandro IV. Anagniæ 26. Septembris anno 1255. obierat 12. Aug. anno 1252.

S. *Columbanus* Abbas inter Sanctos relatus ab Eugenio IV.

S. *Conradus* Epiſcopus Conſtantienſis Sanctis adſcriptus à Cæleſtino II.

S. *Cunegundis* vxor S. Henrici Imper. ſed Virgo, inter Sanctas relata ab Innocentio III.

D

SAnctus *Dauinus* Armenus Confeſſor, Lucæ cultus, ab Alexandro III. Sanctis adſcriptus.

S. *Didacus* Complutenſis obijt anno 1463. & à Sixto V. Romæ canonizatus eſt 2. Iulij anno 1588.

S. *Dominicus* Fundator Prædicator. obdormiuit in Domino Bononiæ anno 1221. natus annos 51. & Sanctorum Catalogo adſcriptus Reate à Gregorio IX. Reate anno 1234. d. 3. Iulij.

E

SAnctus *Eduardus* Rex Angliæ canonizatus eſt Anagniæ ab Alexandro III. anno 1161. Febr. 7. obierat anno 1066. Ianuar. 5.

S. *Edmundus* Archiepiſc. Cantuarienſis obijt anno 1240. d. 6. Nouemb. ab Innocentio autem IV. inter Diuos relatus eſt anno 1247. d. 11. Ianuar. Lugduni.

S. *Edmundus* Anglus de ſtirpe Regia Sarisberienſis, à Caliſto III. Sanctis adnumeratus.

S. *Eduigis*, vide *Heduigis*.

S. *Eliſabetha* filia Andreæ Regis Hungariæ obdormiuit in Domino 19. Nouembr. anno 1231. & à Gregorio IX. Sanctarũ albo inſcripta, anno 1235. Peruſij die 1. Iunij.

S. *Eliſabetha* Regina Luſitaniæ migrauit ad Regem Regum 4. Iulij anno 1336. & ab Vrbano VIII. anno 1625. canonica ſolemnitate inter Sanctas relata.

S. *Emericus* cum Patre S. Stephano Rege Hungariæ canonizatus eſt anno 1036. à Benedicto IX.

F

SAnctus *Famianus* Monachus Ciſtercienſis Galeſij Patronus ab Hadriano IV. inter Sanctos relatus.

S. *Felicitas* Virgo Sanctis adſcripta eſt à Leone IX.

S. *Florentius* Epiſcopus Argentoratenſis ab Eugenio IV. Sanctis adnumeratus.

S. *Franca* Placentina Ordinis Ciſtercienſ. à Gregorio X. inter Sanctas relata.

S. *Franciſca* Romana anno 1440. ad Cœlum migrauit annos nata 56. Sanctarumq; Choro inſerta fuit canonicè d. 29. Maij anno 1608. à Paulo V.

S. *Franciſcus Aſſiſinas* requieuit in oſculo Domini ingreſſuſque eſt portas Iuſtitiæ anno 1226. d. 4. Octobris, annos natus 45. Anno autem 1227. Canonizatus eſt die 19. Iulij à Gregorio IX. Peruſij.

B. *Franciſcus Borgia* Soc. IESV Beatorum Catalogo adſcriptus eſt ab Vrbano VIII. d. 23. Nouemb. anno 1624.

S. *Franciſcus de Paula* anno 1507. die 2. Aprilis in cœlum migrauit; & anno 1519. kalendis Maij die Dominica in Albis canonizatus eſt à Leone X.

S. *Franciſcus de Sales* Epiſcopus Gebennenſis obijt die 28. Decembris, eademque die recurrente, ſed anno 1661. ab Alexandro VII. inter Sanctos relatus eſt.

S. *Franciſcus Xauerius* Soc. IESV, Indiarum Apoſtolus, anno 1552. die 2. Decembris ad IESVM euolauit; & anno 1619. d. 25. Octobr. à Paulo V. Beatificatus; tandem anno 1622. d. 12. Martij Canonizatus à Greg. XV.

B. *Felix de Cantalicio* Capuccinus Beatificatus kal. Octobris an. 1625. ab Vrbano Octauo.

G

SAnctus *Galdinus* Epiſc. Mediolanenſis obijt 18. Aprilis anno 1173. & ab Alexandro III. canonizatus eſt anno 1177.

S. *Galganus* Senenſis Eremita obijt Senis anno 1181. d. 3. Decemb. & ab Alexandro III. Sanctis adſcriptus eſt.

S. *Gerardus* Epiſcopus Tuldenſis Sanctorum Catalogo adſcriptus à Leone IX. anno 1053.

S. *Gerardus* Placentinus Epiſcopus Potentiæ, à Caliſto II. inter Sanctos relatus.

S. *Gertrudis* Virgo Niuigellæ obijt anno 664. & ab Honorio III. canonizata eſt.

S. Go-

S. *Gothardus* Epiſcopus Hildelheimenſis à Paſchali II. Sanctis adiectus.

B. *Guido* Cortonenſis Ordinis Minorum colitur Officio Eccleſiaſtico conceſſo a Gregorio *X*III.

S. *Gullielmus* Epiſcopus Bituricenſis, inter Sanctos relatus 2. Iulij 1218. ab Honorio III.

S. *Gullielmus* Epiſcop. Eboracenſis ab eodem Honorio III. Sanctis adnumeratus.

S. *Gullielmus* Epiſcop. Briotenſis in Anglia, Sanctis adiunctus ab Innocentio IV.

S. *Gullielmus* olim Dux Aquitaniæ, poſtea Eremita S. Auguſtini, defunctus 10. Febr. anni 1156. ab Honorio III. Faſtis Sanctorum adſcriptus.

S. *Gullielmus* Inſtitutor Eremitarum Montis Virginis, obijt 25. Iunij anno 1142. & Sanctis adiunctus eſt ab Alexandro III.

S. *Gullielmus* Eremita Placentinus 1. Aprilis coli ſolitus, à Paullo *III.* cenſetur canonizatus 26. Febr. anno 1537.

S. *Gerardus* Modoetiæ cultus 14. *I*unij Officio conceſſo a Gregorio X*II*. ad inſtantiam S. Caroli Borromæi.

H

SAncta *Heduigis* Poloniæ Duciſſa, ad Chriſtum migrauit d. 15. Octob. anno *1243.* & anno 1267. d. 26. Martij canonizata eſt a Clemente *I*V. Viterbij.

S. *Helar*, ſeu *Hellerus* Abbas Valliſumbroſæ, a Paulo *I*. Sanctis adſcriptus.

S. *Helena* Vidua & Martyr, inter Sanctas relata ab Alexandro *III*. anno 1164.

S. *Henricus II*. Imperator canonizatus ab Eugenio *III*. anno 1152. Martij 13. defunctus erat anno 1024.

S. *Hermenegildus* Martyrio affectus 13. Aprilis anno 584. & in litteris S. Gregorij Papæ inter Sanctos Martyres numeratus, Officioq. & Miſſa donatus a Sixto V. anno 1586.

S. *Homobonus* Cremonenſis, in cœlum migrauit 13. Nouemb. anno 1197. & ab *Innocentio III.* anno 1198. die 22. Decembris Catalogo Sanctorum adſcriptus.

S. *Hugo* Abbas Cluniacenſis canonizatus a Calliſto *II*.

S. *Hugo* de Burgundia Carthuſianus ab Honorio III. anno 1227. Sanctis adſcriptus. Obierat 1207.

S. *Hugo* Epiſcopus Gratianopolitanus anno 1134. canonizatus ab Innocentio *II*. ſed bulla emanauit anno 1134. d. 22. April. obijt 1132. 1. April.

S. *Hyacinthus* Ordinis Prædicator. obijt 16. Auguſti anno 1257. nec niſi anno 1594. Canonizatus eſt a Clemente Octauo die 17. Aprilis.

I

BEatus *Iacobus* de Marchia Minorita Beatificatus ab Vrbano Octauo anno 1624. 12. Auguſti, Bulla edita 23. Octobr. vel firmata.

B. *Iacobus* Salomonius Ordinis Prædicator. cultus Foroliuij ex viuæ vocis Oraculo Clementis V*II*. an. 1526. die 26. Iulij, quod ampliauit *I*ulius *III*. 21. April. 1554. & Paulus V. 23. Octob. 1617.

S. *Ignatius Loiola* Societatis *I*ESV Fundator ad Cælum euolauit die 31. *I*ulij anno 1556. annos natus 65. & anno 1609. d. 27. *I*ulij Beatificatus eſt a Paulo V. tandemque 12. Martij anno 1622. a Gregorio XV, vna cum SS. *Iſidoro*, Franciſco Xauerio, Philippo Nerio, & Virgine Tereſia ſolemni Canonizatione inter Sanctos definitus eorumq; Catalogo adſcriptus eſt.

S. *Ioannes* Abbas Parmenſis Ordinis S. Benedicti a Gregorio VII. ſanctis adiunctus.

S. *Ioannes de Bridlinctono* Eboracenſis, & Canonicus Regularis a Bonifacio Nono inter ſanctos relatus.

B. *Ioannes Caietanus* Theatinorum Fundator, Beatificatus eſt 7. Octobris anno 1629. ab Vrbano VIII.

B. *Ioannes de Capiſtrano* Beatorum Catalogo adſcriptus eſt 10. Septembris anno 1622. a Gregorio XV.

S. *Ioannes* Confeſſor in Britannia a Bonifacio IX. Sanctis adnumeratus.

B. *Ioannes de Deo*; Beatificatus ab Vrbano VIII. die 21. Septemb. 1630.

S. *Ioannes Eremita* S. Auguſtini cum 7. ſocijs eiuſdem Ordinis inter ſanctos relatus eſt a Iulio II.

S. *Ioannes Gualbertus* in Sanctorũ cœtum adſcitus eſt a Cæleſtino III. anno 1193. d. 6. Octob. feſtum fit 12. Iulij.

S. *Ioannes de Meda* Humiliatorum Fundator, ab Alexandro III. canonizatus.

S. *Ioannes Presbyter* Trecorenſis in Gallia a Clemente V*I*. Sanctis adſcriptus.

S. *Iſidorus* Agricola agri Matritenſis in Hiſpania floruit anno 1150. obijt 9. Maij; canonizatus eſt 12. Martij anno 1622. a Gregorio XV.

S. *Iulianus* Epiſcopus Conchenſis canonizatus a Iulio Tertio anno 1551. d. 5. Iunij.

S. *Iuſtinus* Epiſcopus Theatinus ab Innocentio II. Sanctis aſcriptus.

S. *Iuo* presbyter Britannus, anno 1347. d. 21. Iunij a Clemente VI. canonizatus; colitur 19. Maij.

K

SAncta *Kunegundis*, vide ſupra *Cunegundis*.

S. *Kilianus* Epiſcopus, & Martyr, inter Sanctos relatus a Zacharia anno 751.

L

SAnctus *Ladislaus* Rex Hungariæ anno 1191. a Cæleſtino III. Regni cæleſtis poſſeſor definitus eſt.

S. *Laurentius* Archiepiſcopus Dublini in Hibernia 14. Nouemb. anni 1226. cœptus coli vt Sanctus vi declarationis factæ *X*I. Decemb. anno 1225. ab Honorio III. obierat anno 1179. Nou. 14.

S. *Laurentij* Monachi Caſſinenſis Canonizatio inchoata iuſſu Innocentij IV.

B. *Laurentius* Iuſtinianus Venetiarum Patriarcha migrauit ad Dominum d. 8. Ianuarij anno 1455. annos natus 74. & inter Beatos connumeratus eſt a Clemente VIII.

S. *Leo* Epiſcopus Senonenſis a Leone *X*. canon.

S. *Leo* Epiſcopus Rothomagenſis, & Martyr a Gregorio *X*. canonizatus.

S. *Leopoldus* Dux Auſtriæ, obijt 15. Nouemb. 1136. & anno 1485. in Feſto Epiphaniæ Sanctis adiectus ab Innocentio VIII.

S. *Ludouicus IX*. Rex Franciæ in cœlum ſanctiſſimè moriens euolauit die 25. Aug. anno 1270. & poſſeſſor cæleſtis Hieroſolymæ definitus eſt a Bonifacio VIII. in Vrbeueten. d. 11. Auguſti anno 1297.

S. *Ludouicus* Epiſcopus Toleſanus anno 1297. defunctus, Catalogo Sanctorum adiectus eſt a Ioanne *XX*II. Auinione 7. Aprilis anni 1317.

B. *Ludouicus* Beltrandus Ordinis Prædicatorum Beatificatus eſt cum conceſſione Officij a Paulo V. anno 1610. d. 25. Octob.

M

BEata *Maria Magdalena* de Pazzis Florentina inter Beatas relata eſt ab Vrbano VIII. anno 1626. Maij 25.

S. *Magnus*, ſeu *Magnoaldus* Abbas Faucenſis cannonizatus a Ioanne VIII.

S. *Manilianus* Epiſcopus Panormitanus, ab Vrbano II. Diuis adnumeratus.

B. *Marcolinus* Ordinis Prædicatorum Foroliuij natus anno 1317. obijt anno 1393. die 24. Ianuar.

B. *Margarita* Rauennas Fundatrix Clericorum Boni IESV vna cum Gentile ipſius diſcipula Beatificatæ ſunt a Paulo III. anno circiter 1537.

B. *Margarita* de Caſtello Tifernas Ordinis S. Dominici Beatificata a Paolo V. die 19. Octobris 1609.

S. *Maurus* diſcipulus S. Benedicti canonizatus a Bonifacio IV.

S. *Maximus* Epiſc. Patauinus a Leone *IX*. inter Sanctos relatus.

B. *Michelina* Tertiaria S. Franciſci colitur Piſauri 20. Iunij permiſſu Sedis Apoſtolicæ.

S. *Monicæ* S. Auguſtini Matris, 4. Maij anno 388. defunctæ corpus tanquam Sanctæ translatum eſt approbante Martino V.

N

SAnctus *Nicolaus Toletinas* ad cæleſtia gaudia migrauit 10. Septemb. anno 1306. & anno 1447. Calendis Februarij Romæ canonizatus eſt ab Eugenio IV.

S. *Norbertus* Epiſcopus Magdeburgenſis, 8. Iunij anno 1134. obijt, & certa cenſetur eius canonizatio, ſed mihi adhuc incertus Pontifex nedum tempus.

O

SAnctus *Oſmundus* Epiſcopus Saliſburienſis canonizatus à Calliſto III. anno 1456. vel 1457. fortè ob dilatam Bullæ promulgationem.

S. *Otho* Epiſcopus Bambergenſis defunctus 2. Iulij anno 1139. inter ſupernos ciues adſcriptus eſt à Clemente III. die 29. Aprilis anni 1189.

P

BEatus *Paſchalis* Baylon Ordinis Minorum de Obſeruantia Diſcalceatorum, inter Beatos relatus eſt à Paulo V. d. 29. Octobr. anno 1618.

SS. *Patto*, & *Tanco* Epiſcopi Verdenſes canonizati à Gregorio IV.

BB. *Paulus Michi*, *Ioannes Goto*, & *Iacobus Kiſai* Soc. IESV, cum 23. Franciſcanis declarati ſunt Martyres ab Vrbano VIII. die 14. & 15. Septemb. anno 1627. coluntur 4. Februarij.

B. *Peregrinus* Seruita, à Paulo V. inter Beatos relatus d. 14. Aprilis anno 1609.

S. *Petrus* Anagninus Epiſcopus, defunctus 3. Auguſti anno 1106. à Paſchali II. inter Sanctos relatus eſt anno 1110. die 4. Iunij.

S. *Philippus Nerius* obijt 25. Maij anno 1595. & à Gregorio XV. anno 1622. Martij 12. canonizatus eſt.

S. *Petrus Martyr* Ordin. Prædicator. pro Catholica fide occiſus fuit anno 1252. die 29. Aprilis, annoq; ſequenti 1253. die 24. Martij inter Sanctos Martyres relatus eſt Peruſij ab Innocentio IV.

S. *Petrus* de *Murone*, qui fuit Cæleſtinus Papa V. defunctus eſt anno 1296. & anno 1313. die 5. Maij à concilio ſuo Clemente V. inter Sanctos Pontifices adſcriptus eſt.

S. *Petrus* Archiepiſcopus Tarentaſij ab Innocentio IV. Canonizatus.

S. *Petrus Nolaſco* Officio Sanctorum decoratus ſub ritu ſemiduplici pro die 29. Ianuarij ab Alexandro VII. anno 1664. die 12. Iulij.

B. *Petrus de Alcantara* Ordinis Minorum Diſcalceatorum, inter Beatos relatus eſt à Gregorio XV. Kal. April. anno 1622.

B. *Petrus de Arbuis* Beatis adſcriptus ab Alexandro VII.

B. *Petrus Parentinus* colitur in Vrbeueteri ritu duplici die 20. Maij Sedis Apoſtolicæ permiſſu, de quo Philippus Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ.

S. *Procopius* Bohemus canonizatus eſt ab Innocentio III. anno 1204. d. 2. Iunij.

R

SAnctus *Raymundus* de Pennaforti annos ferè centum natus, obijt 6. Ianuarij anno 1275. & à Clemente VIII. in Sanctorum numerum relatus eſt anno 1601. die 29. Aprilis.

S. *Richardus* Epiſcopus Liceſtrenſis in Anglia, Diuorum Catalogo inſertus eſt ab Vrbano IV. Viterbij ann. 1260. d. 22. Aprilis, eius feſtum fit 3. April.

S. *Romualdus* Abbas obijt anno 1027. annorum 120. & à Ioanne XIX. canonizatus eſt anno 1032.

S. *Roſalia* Virgo Panormitana ad cælum euolauit d. 4. Septembris anno 1159. ad quem diem iuſſu Vrbani VIII. in Martyrologium Romanum adſcripta eſt, & eiuſdem iuſſu ibidem inſerta eſt ad diem 15. Iulij translatio corporis eiuſdem Virginis.

B. *Roſa* de S. Maria Limenſis, Tertij Ord. S. Dominici in Beatarum numerum relata eſt à Sanctiſs. D. N. Clemente IX. hoc anno 1668. April. 15.

S

SAnctus *Sebaldus* Eremita filius Regis Daniæ, patronus Normbergæ, canonizatus à Martino V.

S. *Senator Septalius* Archiepiſc. Mediolanenſis, obijt anno 483. & Sanctis adſcriptus eſt anno 497. à Gelaſio Papa.

S. *Sigebertus* Rex obijt anno 658. ad quem Baronius refert eum canonizatum fuiſſe.

S. *Siluanus* Gallus S. Bernardi diſcipulus, à Cæleſtino III. Sanctis adſcriptus.

S. *Silueſter* Siculus Monachus S. Baſilij, defunctus anno 1185. inter Sanctos coli cœptus, cum Indulgentijs à Iulio III. conceſſis anno 1555.

B. *Silueſter* Abbas inſtitutor Silueſtrinorum in Martyrologium ad 26. Nouemb. relatus iuſſu Clementis VIII.

S. *Simeon* Syracuſanus à Benedicto VIII. Sanctis adnumeratus.

S. *Simon* Armenus Eremita, anno 1036. à Benedicto IX. inter Sanctos relatus.

S. *Simpertus* Epiſcopus Auguſtæ, à Nicolao V. catalogo Sanctorum inſertus.

S. *Sola* Abbas Anglus à Gregorio IV. Sanctis adſcriptus eſt.

S. *Stanislaus* Epiſcopus Cracouienſis, Martyrio affectus eſt 7. Maij anno 1080. ab Innocentio autem IV. inter Sanctos Martyres adſcriptus eſt die 17. Septembris anno 1253. Aſſiſij.

B. *Stanislaus* Koſtka Soc. IESV, obijt 15. Auguſti anno 1567. annum 18. ætatis ingreſſus; & anno 1603. inter Beatos relatus eſt a Clemente VIII. publicoq; cultui conceſſus anno 1605. a Paulo V.

S. *Stephanus* I. Rex Hungariæ, ad cæleſte regnum migrauit 20. Auguſti anno 1034. & a Benedicto IX. ann. 1038. Regni cæleſtis poſſeſſor definitus eſt.

S. *Sturnius* Abbas Tuldenſis ab Innocentio II. inter Sanctos relatus.

S. *Suuitbertus* Epiſcopus Verdenſis defunctus anno 717. rogatu Caroli Magni a Leone III. inter Sanctos adſcriptus eſt anno 803. Verdæ d. 4. Septembris.

T

SAncta *Tereſia* Virgo Carmelitarum Reformatrix, volauit Columbæ inſtar ad Sponſum Chriſtum die 5. Octobris anno 1582. qui dies ob correctionẽ Kalendarij dictus eſt dies 15. & anno 1622. a Gregorio XV. Sanctorum catalogo adſcripta eſt d. 12. Martij.

S. *Thomas Aquinas* mercedem laborum ſuorum in cœlo à Domino recepit die 7. Martij anno 1274. & anno 1323. a Ioanne XXII. Auenione inter Sanctos connumeratus eſt d. 18. Iulij inter Sanctos autem Doctores a Pio V. anno 1567.

S. *Thomas* Cantuarienſis Archiepiſcopus Martyrio coronatus eſt die 29. Decembr. anno 1170. & inter Sanctos Præſules, ac Martyres relatus ab Alexandro III. anno 1172. licet Bulla non fuerit promulgata niſi 12. Martij anni 1173.

S. *Thomas* Epiſcopus Herphordienſis in Anglia obijt anno 1287. & a Ioanne XXII. canonizatus eſt 17. Aprilis anno 1320. Auenione.

S. *Thomas à Villanoua* Archiepiſcopus Valentiæ in Hiſpania, receptus eſt in æterna tabernacula die 8. Septembr. 1555. & ab Alexandro VII. canonizatus eſt anno 1658. calendis Nouembris.

S. *Totnanus* Diaconus, & Martyr, anno circiter 750. a Zacharia Papa inter Sanctos relatus.

V

BEata *Vbaldeſca* Piſis colitur die 29. Maij, Sedis Apoſtolicæ permiſſu, teſte Philippo Ferrario in catalogo Sanctorum Italiæ.

S. *Vbaldus* Epiſcopus Eugubinus 4. Martij anno 1192. a Cæleſtino III. inter Sanctos relatus die 4. Martij, obierat anno 1160. die 16. Maij.

S. *Vdalricus* Epiſcopus Auguſtæ Vindelicorum, vbi 4. Iulij colitur; canonizatus eſt die 3. Februarij anno 993. a Ioanne XV. obierat anno 924.

S. *Vincentius* Ferrerius migrauit in cælum 5. Aprilis anno 1471. & ob mortuos 38. ſuſcitatos, aliaq; miracula 860. patrata Beatis adſcriptus eſt anno 1455. in feſto Apoſtolorum Petri, & Pauli à Calliſto III. demumq; a Pio II. anno 1458. Calendis Octobris canonizationis eius Bulla edita fuit.

S. *Vlſtanus* Epiſcopus Vnigorienſis in Anglia, inter Sanctos relatus eſt à Ioanne III

S. *Vrius* Monachus S. Benedicti in cœnobio S. Iuſtinæ Patauij, Sanctis adſcriptus a Leone IX.

S. *Vualburgis* ab Hadriano II. in catalogum Sanctarum relata eſt.

S. *Vuiliardus* Epiſcopus Præmenſis a Nicolao I. Sanctis adnumeratus.

S. *Vuilibaldus* Epiſcopus Aureatenſis Sanctis adſcriptus à Leone VII.

S. *Vuolfgangus* Epiſcopus Ratiſponenſis anno 1049. a Leone IX. Sanctorum catalogo inſertus eſt.

APPENDIX.

BEata *Catharina* Ordinis S. Claræ ex patre Ferrarienſi, matre Bononienſi Bononiæ nata in feſto Natiuitatis Deiparæ anno 1413. ſpiritum Domino reddidit anno 1463. die 9. Martij hora ferè 15. annos nata 49. Clemens VII. eius integrum corpus Bononię cum Carolo V. viſitauit, conceſſitq; Officium, & Miſſam propriam huius Beatæ, Monialibus Monaſteriorum Corporis Chriſti, & S. Bernardini, tam Ferrariæ, quam Bononiæ, & cogitauit de ipſius Canonizatione. Pius V. & Sixtus V. anno 1557. Officium hoc reformatum confirmarunt; & Beata hæc Martyrologio Romano inſerta fuit ſub 9. Martij anno 1592. vigore viuæ vocis oraculi Clementis VIII. vt decreuerat Sacra Rituum Congregatio.

CATALOGVS VIII.

ACADEMIAE, GYMNASIA, VNIVERSITATES

Plerunque Catholicæ.

ACADEMIA Athenis inſtituta à Platone, qui natus eſt anno 428. ante Chriſtũ, mortuus anno 348. vt oſtendimus Tomo I. libro 4. cap. 3.

Alexandrina Vniuerſitas ſtatim cœpta eſt à Græcis frequentari poſt conditum eius vrbis, qui fuit circa annum 330. ante Chriſtum, vt docui Tom. I. lib. 4. c. 4. num. 4.

Altorfina Schola à Senatu Norico aperta eſt die 29. Iunij anno 1579. ad quam translata eſt Norimbergenſis Schola, *Bertius* lib. 3. Rerum German. cap. 2.

Andegauenſis Vniuerſitas magnis Priuilegijs fundata anno 1398. *Belleforeſtus* Tom. II. hiſt. Franc. l. 5. c. 77.

S. *Andreana* in Scotia anno 1411.

Argentinenſis Academia inſtituta ab Vrbis illius Senatu anno 1538. ſuaſu potiſſimum Iacobi Sturmij Syndici. *Bertius* lib. 3. Rer. Germ. cap. 2.

Aurelianenſis Vniuerſitas à Clemente V. & Philippo Pulchro erecta, & firmata anno 1312. gaudet ijſdem ferè Priuilegijs, ac Toloſana Gualterus in Chronol. fol 697.

Baſileenſis Vniuerſitas à Pio II. inſtituta, ijſdemq; Priuilegijs donata quibus gaudebat Bononienſis anno 1459. *Gualterus* in Chron. fol. 723. *Bertius* ſupra.

Bononienſe Archigymnaſium rogatu S. Petronij magnis Priuilegijs à Theodoſio donatum florere cœpit anno 432. *Hiſtorici Bonon.* alij habent 423. die 2. Maij.

Cadomenſis Academia erecta anno 1418. *Gualtherus* in Chron. fol. 717.

Cadurcenſe Gymnaſium erectũ à Ioanne XXII. nobis XX. Cadurcenſi paulo poſt annum 1316.

Cæſarauguſtanum Gymnaſium ab Aragoniæ Regibus erectum, & ab Hadriano VI. atq; Carolo V. inſtauratum.

Cantabrigiæ Vniuerſitas fundata anno 630. à Sigeberto Orientalium Saxonum Rege, & ab Eduardo IV. inſtaurata. *Fidelis Onuphr.* in Summario Hiſtorico.

Colonienſis Vniuerſitas anno 1358. inſtaurata. *Fidelis* ſupra.

Complutenſis Vniuerſitas anno 1517. erecta à Franciſco Ximenez Archiepiſcopo Toletano, *Gualterus* in Chron. fol. 737. *Fidelis* ſupra, & *Bibliotheca* Hiſpana Tom. I. cap. 2.

Conimbricenſis Academia à Ioanne III. Rege Luſitaniæ fundata anno 1361. *Fidelis*, & *Bibl. Hiſp.* ſupra.

Cordubenſis ſub Regibus Mauris fuit celebris; vide *Iouium* lib. 33.

Coronenſis in Tranſiluania florere cœpit anno 1530. *Bertius* lib. 3. cap. 2. Rerum German.

Cracouienſis Academia fundata à Caſimiro II. Rege Polonię anno 1364. *Gualterus* in Chron. fol. 699. & *Fidelis* ſupra.

Culmenſis in Boruſſia inchoata eſt anno 1405. reſtaurata 1554. *Bertius* ſupra.

Dilingana Academia erecta ab Othone Truccеſio Cardinali Auguſtano anno 1549. iuſſu Iulij Papæ III. *Bertius* l. 3. Rer. German. cap. 2.

Duacenſis Academia anno 1563. fũdata à Rege Philippo II. ad inſtantiam Pij IV. & confirmata anno 1569.

Dolana Academia in Burgundia perantiqua, & fundata à Philippo Bono anno 1426. floruit tamen magis anno 1484. *Middendorpius* lib. 3.

Eborenſis Academia fundata ab Henrico Cardinali Luſitano, vrbis eius Præſule; *Bibliotheca Hiſpana* Tom. 1. c. 2.

Elbingenſis in Boruſſia erecta ab Alberto Duce anno 1542. *Bertius* ſupra.

Erfordienſis Academia erecta anno 1392. *Theatrum vitæ humanæ*, inſtaurata à Dagoberto an. 1491. *Bertius* ſupra.

Ferrarienſe Gymnaſium erectum anno 1321. ab Alberto Marchione Eſtenſi. *Fidelis Onuphr.* in Summario Hiſt. ſed generalius à Bonifacio Nono anno 1391. 4. Martij per Bullam.

Florentinum Gymnaſium apertũ eſt an. 1321. *Fidelis Onuph.*

Francofurtenſis ad Viadrum in Marchia Brandeburgica ſolemniter inaugurata eſt anno 1506. die 6. Aprilis, auſpicijs Ioachimi I. Electoris. *Bertius* lib. 3. c. 2.

Firmana Academia anno 1403. erecta per Bullam Bonifacij VIII. 16. Ianuarij, & anno 1585. inſtaurata, ac priuilegijs aucta à Sixto V.

Franekerenſis Vniuerſitas inſtituta eſt ab Ordinibus Friſiæ anno 1586. *Bertius* lib. 3. cap. 2.

Friburgenſis Academia in Briſgoia erecta eſt ab Alberto Duce Auſtriaco anno circiter 1450. *Bertius* lib. 3. Rer. German. c. 2. *Gualterus* fol. 719.

Gandienſis Academia erecta à B. Franciſco Borgia olim Duce Gandiæ ex vita ipſius.

Gieſſana Academia loco Marpurgenſis erecta auno 1607. à Ludouico Lantgrauio Haſſiæ. *Bercius* ſupra.

Glaſguenſis Academia in Scotia erecta anno 1454. *Theatr. Vitæ hum.*

Goltbergenſis in Sileſia florere cœpit anno 1520. Bertius ſupra.

Gorlicienſis Monaſterij Gymnaſium in Luſatia apertum fuit anno 1565. die 9. Iulij Bertius ſupra.

Gripſuualdenſis Academia erecta anno 1456. ab Vratislao principe Pomeraniæ die 16. Octob. *Bercius* loco ſupra citato.

Hafnienſis in Dania erecta fuit à Friderico Danorum Rege anno 1539. *Bertius* lib. 3. Rer. Germ. c. 2.

Hailbrunnenſis Scola in Franconia inchoata eſt anno 1581. à Georgio Friderico Marchione Brandeburgico die quinto Aprilis principi natalitio: *Bertius* ſupra.

Heidelbergenſis Academia inſtituta fuit anno 1346. à Ruperto Ruffo Comite Palatino Duce Bauarię, eius Rector primus fuit Marſilius ab Ingen Vltraiectinus *Bertius* l. 3. Rer. Germ. c. 2.

Helmſtadiana Academia in Ducatu Branſuicenſi, dicta Iulia ab Inſtitutore eius Iulio Duce anno 1576. *Bertius* ſupra.

Herbipolenſis Academia fundata eſt anno 1403. *Gualterus* ex Middendorpio.

Herbornenſis Schola erecta à Ioanne Comite Naſſouio anno 1589. ſed anno 1599. Sigenam translata *Bertius* ſupra.

Hiſpalenſis Scola vetus adeo, vt Syluester Pontifex maximus in ea eruditus fuerit teſte Volaterano, Nauclero, & Platina. Ibi quoq; floruere SS. Leander, & Iſidorus.

Ienenſis Academia in Thuringia excitata eſt à Io. Friderico electore Saxoniæ anno 1548. die 25. Ianuarij. *Bertius* vbi ſupra.

Ilerdenſis in Gothalaunia vniuerſitas florebat Calliſti III. Pont. Max. tempore, qui in ea iuris vtriuſque Doctor creatus fuit, & S. Vincentij Ferrerij qui Sacræ Theologiæ Magiſterium ibidem accepit.

Ingolſtadienſis Academia in Bauaria inchoata eſt ann. 1410. eique Ludouicus Dux Bauariæ anno 1459. magna priuilegia impetrauit à Pio Papa II. *Middendorpius* de Academijs lib. 3. *Bertius* vbi ſupra.

Lauingenſis Academia in Superiore Palatinatu inſtituta eſt à Vuolfgango Comite Palatino Rheni Bipontino, imperante Ferdinando. *Bertius* ſupra.

Lipſienſis Schola in Miſnia erecta eſt anno 1408. d. 12. Nouembris auſpicijs Friderici Bellicoſi I. Saxoniȩ Electoris: creuitq; ex ruinis Scholæ Pragenſis: adempto enim magiſtratu Germanis, indignata id natio diſceſſit inde, cum duobus millibus, & amplius ſtudioſis migrauitq; Lipſiam *Bertius* l. 3. Rer. Ger. c. 11. *Gualterus* in Chron.

Louanienſis Vniuerſitas erecta eſt à Ioanne IV. Brabantiæ Duce ſuaſu Martini V. Papæ anno 1425. cui Eugenius conceſſit lecturam Theologiæ. *Lipſius* in deſcript. Louanij, & *Bertius* ſupra.

Lugdunenſe Gymnaſium in Gallia floruit iam inde ab anno 830. *Fidelis Onuphrius* in Summario Hiſtor.

Lugdunenſis Academia in Batauia ſeu Leydenſis, inita ſub Guillelmo Comite Naſſ. & Florentio ſed inſtaurata, & aucta anno 1575. poſt ſolutam arctiſſima obſidione vrbem vnde in Sigillo eius curatores, & Conſules geſtant Paladem armatam. *Bertius* l. 3. Rer. Germ. c. 2.

Lyceum ab Ariſtotele Athenis ſumpſit exordium, qui natus eſt anno ante Chriſtum 384. mortuus 322. vt dixi tomo 1. lib. 4. c. 3.

Maceratenſis Academia erecta eſt iuſſu Pauli III. an. 1540. Kal. Iulij per Bullam.

Marburgenſis Schola in Haſſia cœpta eſt anno 1526. auctaque ſub Philippo Lantgrauio Haſſiæ confirmataq; à Carolo V. & Clemente VII. Papa; *Bertius* ſupra.

Meſſanenſis Academia ab ipſa ciuitate inſtituta, & Societati IESV tradita anno 1548. *Orlandinus* lib. 8. Hiſtoriæ Soc. Ieſu.

Miſnenſis Schola anno quo ſuperior aperta, de qua *Bertius* ſupra.

Moguntina Academia iam inde à Diethero Archiepiſcopo cœpit ann. 800. ſed inſtaurata & aucta fuit anno 1482. *Theatrum vitæ humanæ*, & *Middendorpius* l. 3.

Montiſpeſſulana anno 1196. erecta eſt.

Muſſipontana Vniuerſitas anno 1573. fundata eſt ab Eminentiſſimo Cardinali Carolo Lotaringo, vocatis Lutetia Soc. IESV Religioſis ad Theologiam, Philoſophiam, & linguas edocendas, cui poſtea Sereniſs. Lotharingiæ Dux addidit Iuriſprudentiæ, Medicinæq; ſtudium, & Gregorius XIII. Seminarium Scotorum. Iacobus Gualterus in Chron. fol. 747.

Neoſtadiana in Nemetibus Academia erecta eſt à Caſimiro Comite Palatino ad Rhenum, *Bertius*.

Neapolitana Academia olim celeberrima tempore Virgilij canentis.

Illo Virgilium me tempore dulcis alebat
Parthenope Studijs florentem ignobilis otij.

Oſſunenſis Academia condita à Comite de Vrrena ſub initium huius ſeculi Bibl. Hiſp.

Oxonienſis Vniuerſitas in Anglia erecta à Rege Alfredo anno 895. ſuaſu Neoti Monachi *Theatr.* Vitæ hum.

Panormitana Academia.

Pariſienſis Vniuerſitas fundata eſt à Carolo Magno anno 791. *Genebrard.* in Hadriano I. & Leone III. *Gualtherus* in Chron. fol. 571. ibi Robertus Sorbona Collegium Sorbonicum inſtituit anno 1253. idem fol. 681. Actus verò magnus Sorbonicus à Franciſco Mayrono introductus anno 1315. idem fol. 697.

Parmenſis Vniuerſitas erecta à Ranuccio Farneſio Duce anno 1599. & ampliata annó 1600. Collegium verò Nobilium fundatum ab eodem, anno 1601.

Patauinum Gymnaſium apertum fuit anno 1179. *Fidelis Onuphr.* in Summ. Hiſtor. auctum deinde anno 1222. *Anton. Riccobonus* de Gymnaſio Patauino l. 1. c. 1.

Peruſinum Gymnaſium florere cœpit anno 1290. ſed erectio in Studium generale facta eſt à Clemente V. anno 1307. d. 8. Septembris per Bullam.

Pictauienſis Vniuerſitas anno 1431. inſtituta *Belleforeſtus* l. 3. Hiſt. Franc. c. 94.

Piſana Academia à Laurentio Mediceo erecta anno 1472. *Fidelis* ſupra, & *Theat. Vitæ Hum.*

Pragenſis Academia fundata eſt anno 1358. & confirmata 1360. Huduigis tamen Regina Lithuanorum Collegium Pragæ erexerat anno 1300. *Bertius* vbi ſupra, & *Gualterus* fol. 699.

Regiomontana Academia anno 1544. inſtituta eſt ab Alberto Marchione Brandeburgico in Boruſſia. *Bertius* lib. 3. Rer. German. c. 2.

Romanum Gymnaſium ſapiētiæ erectum à Bonifacio VIII. anno 1303. menſe Iunio.

Roſtokienſis Schola in Ducatu Megalopolitano inſtituta anno 1415. *Bertius* vbi ſupra.

Salernitana Schola.

Salmaticenſis Vniuerſitas inchoata ab Alphonſo IX. perfecta à Ferdinando III. Rege Hiſpan. anno 1234. incremento magno aucta anno 1404. *Fidelis Onuphr.* in Summario Hiſt. & *Biblioth. Hiſpan.* tomo 1. c. 2.

Senenſe Gymnaſium anno 1387. initum à Pio II. *Fidelis Onuph.*

Serueſtanum Gymnaſium à Ioachimo Erneſto Principe Analtino erectum anno 1585. *Bertius*.

Steinfurtenſe Gymnaſ. fundatum ab Arnoldo Comite Benthemio. *Bertius* ſupra.

Tarraconenſis Academia inſtituta ab Eminentiſſimo Cardinali Gaſpare Ceruantes anno 1572. Bibliotheca Hiſpanic. tomo 1. c. 2.

Ticinenſis à Carolo Magno anno 791. inſtaurata à Carolo IV. Imper. anno 1361.

Tigurina Schola.

Toletana Academia fundata eſt à Franciſco Aluaro.

Toloſana Vniuerſitas.

Tubingenſis Academia inſtituta anno 1477. ab Eberardo Barbato Comite Vuirtembergæ, & Mompelgardiæ. *Bertius* lib. 3. Rer. Germ. cap. 2. Middendorp. lib. 3. de Academia.

Valentina Vniuerſitas in Hiſpania mirificè floruit anno 1470. antea tamen clara erat tempore S. Dominici Bibliot. Hiſp. tom. 1. cap. 2.

Viennenſis Vniuerſitas in Auſtria fundata eſt anno 1237. à Friderico II. Imperatore, & reſtaurata anno 1365. ab Alberto III. Archiduce Auſtriæ *Bertius* lib. 3. Rer. German. c. 2. *Gualterus* in Chron. fol. 679.

Vpſalenſis Accademia in Suecia vetuſta eſt & longe ante annum 1540. *Bertius* ſupra.

Vratislauienſis in Sileſia inſtituta ab eius vrbis Senatu anno 1505. *Bertius* ſupra.

Vuittebergenſis Accademia erecta eſt anno 1502. authoritate Friderici Electoris Saxoniæ d. 18. Octob. Middendorp. lib. 3. de Acad. Bertius lib. 3. Rer. Germ. c. 2.

SVP-

SVPPLEMENTVM CATALOGORVM ALIORVM EX ALIIS AVTHORIS LIBRIS.

CATAL.

IX. A*Eræ, ſeu Epochæ* inſigniores, ideſt initia vnde diuerſarum Nationum Anni numerari conſueuerunt. Vide illas in I. Tomo noſtræ Chronologiæ libro 2. & quaſdam in III. Tom. par. II. Indice III. ſub Nomine *Aera*.

X. *Aetates Mundi*, iuxta aliorum, noſtramue opinionem retulimus Tomo I. lib. 7. & noſtram diſtributionem iterum exhibuimus Tom. III. par. II. Indice III. ſub nomine: *Aetates Mundi*.

XI. *Ciuitatum Fundationes*, aut Coloniarum non paucas adduximus in III. T. pa. II. Indice III. ſub proprijs Nominibus earum. Reliquas omiſimus tanquam fabuloſas, aut hactenus nobis incompertas.

XII. *Cometarum* Catalogum bene magnum, & antiquum iam euulgauimus in II. Tomo Almageſti Noui Sectione I. à cap. 3. nempe ab anno 480. ante Chriſtum, vſque ad Annum Domini 1619.

XIII. *Cenſus* Capitum Romæ, vel in Imperio Romano, ſelectos vide in III. Tom. par. II. Indice III. ſub nomine *Cenſus*.

XIV. *Concilia Oecumenica* in vnum collecta: vide in III. Tom. par. II. Indice III. verbo *Concilium*.

XV. *Conuerſiones* Nationum, aut Ciuitatum ad CHRISTI Fidem, plurimas indicauimus in III. Tom. par. II. Indice III. ſub proprijs earum nominibus, puta *Anglorum* ſub nomine *Angliæ* &c.

XVI. *Cruciatas* inſigniores, quibus Cruce Signati expeditionem contra Infideles, vel Hæreticos ſuſceperunt, recenſuimus Tom. III par. II. Indice III. ſub nomine *Cruciatæ*.

XVII. *Eclipſes Solis, ac Lunæ* petendæ ſunt ex Tomo I. Almageſti Noui noſtri lib. 5. ſub finem, & ex libro II. Aſtronomiæ Reformatæ cap. 2. ac 3. & lib. 3. cap. 16. Nempe ab anno 720. ante Chriſtum, vſque ad Annum Chriſti 1661.

XVIII. *Equitum*, ſeu Ordinum Militarium Inſtitutiones, vide partim in Catalogo VI. partim in Tom. III. par. II. Indice III. ſub nomine *Equites*.

CATAL.

XIX. *Exercitus* numeroſitate militum celeberrimi: recenſentur in III. Tom. par. II. Indice III. ſub nomine *Exercitus*.

XX. *Fames* memorabiles & annonæ caritates, enumerauimus III. Tom. par. II. Indice III. ſub nomine *Fames*.

XXI. *Feſtorum* dierum Inſtitutiones indicauimus III. Tom. par. II. Indice III. partim ſub proprijs eorum nominibus, partim ſub communi nomine *Feſtum*.

XXII. *Grandines* aliquot inſignes, ſub nomine *Grando*, in III. Indice Tom. III. par. II.

XXIII. *Incendia* inſignia indicauimus in III. Indice Tom. III. par. II. partim ſub communi nomine *Incendium*, partim ſub proprio Vrbium, vel Montium, puta Aetnę, Veſuuij &c.

XXIV. *Inundationes*, vide in III. Indice Tom. III. par. II. & præcipue Inundationes Tiberis.

XXV. *Inuentores* Rerum aliquos recenſuimus in Indice III. T. III. p. II. partim ſub communi nomine *Inuentores*; partim ſub proprio puta *Acus Magneticæ*, *Bombardæ*, *Typographiæ* &c. Nauium autem diuerſarum inuentores, vide in Geographia Reformata lib. 10. cap. 34

XXVI. *Naufragia*, & loca Naufragijs infamia, vide in noſtra Geographia Reformata libro Hydrographico, ideſt 10. cap. 12.

XXVII. *Nauigationes* celebres, præcipuè ad Noui Orbis loca, lege in noſtra Geographia Reformata lib. 3. cap. 22. 23. 24.

XXVIII. *Peſtes* celebriores ante, & poſt Chriſti ortum, enumeraui in III. Indice Tom. III. par. II. ſub nomine *Peſtis*.

XXIX. *Stellas Nouas* recenſui Tomo II. Almageſti Noui libro 8. ſect. 2.

XXX. *Terræmotus* Inſigniores recenſui in III. Indice Tom. III. par. II. ſub nomine hoc Terræmotus.

XXXI. *Victoriæ* Mirabiles, peculiari DEI auxilio obtentæ enumeratæ ſunt à nobis in III. Indice Tom. III. par. II. cum alijs *Victorijs* inſignioribus, ſub nomine *Victoriæ* &c.

FINIS TOMI TERTII.

X IN-